


REGVLÆ

SOCIETATIS

I E S V.

AUCTORITATE

*Septimæ Congregationis Generalis
auctæ.*



* 594

ANTVERPIÆ,


Apud IOANNEM MEVRSIVM.

M. DC. XXXV.

SVPERIORVM PERMISSV.

6
π
13/12

A D
RELIGIOSOS
SOCIETATIS.

 *VID* noui habeat haec editio, quoniam id desiderari posse intelligebam, paucis hoc loco monendum censui. Accesserunt enim primùm quidem Regulae Scholasticorum Societatis, & Coadiutorum temporalium; quae antehac seorsim excusae, nondum in commune hoc Regularum Volumen relatae fuerant. Deinde plusscula quoque alia variis passim, tum Superiorum, tum aliorum Regulis, ex VII. Congregationis Decreto XCIII. nuper adiecta. Nam cum ex nonnullis

A 2 par-

partim Quinta, partim Sexta Instru-
ctionibus, quas in posterum ad dire-
ctionem tantummodò retineri voluit,
excerpta quadam fuissent, & Congre-
gationi probata, quæ vim legis habe-
re, atque observari omnino debere iu-
dicabat; singula in Regulas referri,
suisque locis inseri iussit. Quod nimi-
rum in hac nouâ editione præstari cum
oporteret, id accuratè ut fieret, dili-
genter, ut speramus, elaboratum est.
Romæ I I. Februarij M. DC. XVI.

BERNARDVS de ANGELIS
Secretarius Societatis
IESV.

I N-

I N D E X

REGVLARVM.

S Vmmarium Constitutionum.	pag.7
Regula Communes.	24
Regula Prouincialis.	32
Regula Prapofiti.	72
Regula Rectoris.	92
Regula Examinatoris.	112
Regula Magistri Nouitiorum.	116
Regula Modestia.	143
Instructio ad reddendam conscientia rationem.	144
Regula Peregrinorum.	147
Regula Ministri.	150
Regula Consultorum.	154
Regula Admonitoris.	157
Formula scribendi.	159
Regula Praefecti rerum spiritualium.	171
Regula Praefecti Ecclesiae.	174
Catalogus Misarum, & Orationum.	181
Regula Sacerdotum.	191
Regula Concionatorum.	197
Regula eorum qui in Missionibus versantur.	202
Regula Procuratoris Generalis.	210
Regula Procuratoris Domus Professe.	216
Regula Procuratoris Collegij, & Domus Probationis.	220.

A 3

Regula

INDEX REGVLARVM.

<i>Regula Praefecti lectorum ad mensam.</i>	225
<i>Regula Praefecti sanitatis.</i>	229
<i>Regula Praefecti Bibliotheca.</i>	230
<i>Regula Scholasticorum Societatis.</i>	232
<i>Regula Subministri.</i>	235
<i>Regula Coadiutorum Temporalium.</i>	236
<i>Regula Aeditui.</i>	240
<i>Regula Infirmarij.</i>	244
<i>Regula Ianitoris.</i>	248
<i>Regula Custodis vestium.</i>	250
<i>Regula Emptoris.</i>	252
<i>Regula Dispensatoris.</i>	253
<i>Regula Praefecti Refectorij.</i>	254
<i>Regula Coqui.</i>	257
<i>Regula Excitatoris.</i>	258
<i>Regula noctu cubicula visitantis.</i>	259
<i>Epistola B. P. N. IGNATII de Obedientia virtute.</i>	
260.	

SVM-

S V M M A R I V M

E A R V M

CONSTITVTIONVM,

Quæ ad spiritualement Nostrorum institutionem pertinent, & ab omnibus obseruandæ sunt.

I



VAMVIS summa Sapientia & bonitas Dei Creatoris nostri ac Domini sit, quæ cōseruatura est, gubernatura, atque promotura in suo sancto seruitio hâc minimâ So-

*Constitutio.
num necessitas.
In proœ.
Constit. §. 1.*

cietatem IESV, vt eam dignata est inchoare; ex parte verò nostrâ interna caritatis & amoris illius lex, quam sanctus Spiritus scribere, & in cordibus imprimere solet, potiùs quàm vllæ externæ Constitutiones, ad id adiutura sit; quia tamen suavis dispositio Diuinæ prouidentia suarum creaturarum cooperationē exigit, & quia Christi Domini nostri Vicarius ita sta-

A 4

tuit,

ruit, & Sanctorum exempla, & ratio ipsa nos ita docet in Domino; necessarium esse arbitramur Constitutiones conscribi, quæ iuvent ad meliùs in viâ inceptâ Diuini obsequij procedendum, iuxta instituti nostri rationem.

Finis Societatis.

In Exa. c. 1.
§. 1.

2 Finis huius Societatis est, non solum saluti & perfectioni propriarum animarum cum Diuinâ gratiâ vacare; sed cum eadem impensè in salutem & perfectionem proximorum incumbere.

Commoratio in quauis plagâ.

P. 3. c. 2. lit. G. & p. 6.
c. 3. §. 5.

3 Nostræ vocationis est diuersa loca peragere, & vitam agere in quauis mundi plagâ, vbi maius Dei obsequium, & animarum auxilium speratur.

Ratio viuendi.

In Exam.
c. 1. §. 6.

4 Ratio viuendi in exterioribus iustas ob causas, maius Dei obsequium semper intuen- do, communis est: nec vllas ordinarias pœnitentias vel corporis afflictiones ex obligatione subeundas habet, sed illas assumere quiuis poterit, quæ sibi videbuntur cum approbatione Superioris ad maiorem sui spiritus profectum conuenire; & quas propter eundem finem Superiores eis poterunt imponere.

Pœnitentia nulle ordinariæ, sed quæ assumenda.

Confessio generalis, Sacramentorij usus, & examen conscientie.
In Exam.
c. 4. §. 41.

5 Ipso initio sui in Societatem ingressus, debet quisque generalem totius vitæ confessionem apud aliquem Sacerdotem à Superiore assignatum facere, & post eam sacratissimum Christi, Domini nostri corpus sumere;

&

& sic sexto quoque mense eodem modo generaliter ab ultimâ inchoando confitebitur. Et omnes tam Professi, quàm formati Coadiutores semel singulis annis parati esse debebunt ad confessionem generalem, quæ ab ultimâ generali inchoetur, ei quem Superior sibi substituerit, faciendam.

6 Utantur quotidie omnes conscientia suæ examinatione consuetâ. Si Sacerdotes non fuerint, confiteantur oportet, & sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ sumant octavo quoque die: & vnus omnium sit Confessarius à Superiore constitutus: quod si fieri non poterit, quisque certè suum stabilem habeat Confessarium, cui ipsius conscientia prorsus aperta sit.

7 Qui autem alij, quàm suo confessario designato confiteretur, debet postmodum (quantum recordari poterit) eidem suo Confessario totam suam conscientiam aperire, vt nihil ignorando quod ad eam pertineat, meliùs in Domino possit eundem iuuare.

8 Vnusquisque eorum, qui Societatem ingrediuntur, consilium illud Christi sequendo, *Qui dimiserit patrem, &c.* existimet sibi patrem, matrem, fratres, & sorores, & quidquid in mundo habebat, relinquendum; imò sibi dictum existimet verbum illud: *Qui non odit patrem & matrem, insuper &*

A 5 ani-

*Amor Pa-
ventum in
spiritualem
conuertend-
us.*

animam suam , non potest meus esse discipulus. Et ita curandum ei est , vt omnem carnis affectum erga sanguine iunctos exuat , ac illum in spiritualem conuertat ; eosque diligit eo solum amore , quem ordinata charitas exigit , vt qui mundo ac proprio amori mortuus , Christo Domino nostro soli viuit , eumque loco parentum , fratrum , & rerum omnium habet.

*Defectuum
manifesta-
tio.
In Exam.
c.4. §.8.*

9 Ad maiorem in spiritu profectum , & præcipuè ad maiorem submissionem & humilitatem propriam , contentus esse quisque debet , vt omnes errores & defectus ipsius , & res quæcumque , quæ notatæ in eo & obseruatæ fuerint , Superioribus per quemuis , qui extra confessionem eas acceperit , manifestentur.

*Correctio
mutua.
In Exa. c.4.
§.8.*

10 Boni etiam omnes consulant ab aliis corrigi , & ad aliorum correctionem iuuare , ac manifestare sese inuicem sint parati debito cum amore & caritate ad maiorem spiritus profectum : præsertim vbi à Superiore , qui illorum curam gerit , fuerit ita præscriptum aut interrogatum ad maiorem Deigloriam.

*Rerum hu-
manarum
contemptus.
In Exam.
c.4. §.44.*

11 Diligenter animaduertant oportet (magni faciendo summiq̄ue momenti id esse ducendo in conspectu Creatoris ac Domini nostri) quantoperè iuuet ac conferat ad vitæ spiritualis profectum omnino , & non ex parte

parte abhorrere ab omnibus, quæ mundus amat & amplectitur; & admittere & concupiscere totis viribus quidquid Christus Dominus noster amavit & amplexus est. Quemadmodum enim mundani homines, qui ea quæ mundi sunt sequuntur, diligunt & quærunt magnâ cum diligentia, honores scilicet, famam, magni nominis existimationem in terrâ, sicut mundus eos edocet; sic qui procedunt in spiritu, & serio Christum Dominum nostrum sequuntur, amant & ardentem exoptant, quæ iis omnino contraria sunt, indui nimirum eadem veste ac insignibus Domini sui pro ipsius amore ac reuerentiâ: adeo ut si sine offensione ullâ Diuinæ Maiestatis, & absque proximi peccato foret, vellent contumelias, falsa testimonia, & iniurias pati, ac stulti haberi & existimari (nullâ tamen ad id per eos datâ occasione) eò quod exoptant assimilari, ac imitari aliquo modo Creatorem ac Dominum nostrum IESUM Christum, eiusque vestibus & insignibus indui: quandoquidem illa ipse propter maiorem profectum nostrum spirituales induit, nobisque exemplum dedit, ut in omnibus, quoad eius fieri poterit, Diuinâ gratiâ aspirante, eum imitari & sequi, cum vera sit via, quæ ducit homines ad vitam, velimus.

12. Ut melius ad hunc perfectionis gradum in spirituali vitâ tam pretiosum perueniatur,

*Contraria
in quæ mû-
di sunt, am-
plectenda.*

*Abnegatio
in rebus om-
nibus qua-
renda.*

In Exam.
c.4. §.46.

niatur, maius ac impensius studium cuiusque sit quærere in Domino maiorem sui abnegationem, & continuam in rebus omnibus, quoad poterit, mortificationem.

Officia humilia promptius suscipienda.

In Exa.c.4.
§.28.

Tentationes antevertenda adhibitis contrariis.

P.3. c.1. §.13.

13 In exercendis officiis abiectis & humilibus promptius ea suscipi conuenit, à quibus sensus magis abhorrebit: si quidem iniunctum fuerit, vt in eis se exerceat.

14 Anteuertere oportet tentationes, adhibitis earum contrariis: vt cum quis animaduertitur ad superbiam esse propensus, exerceri is debet in rebus abiectionibus, quæ ad humiliandum ipsum vtilis futuræ videantur: & sic de aliis prauis animæ propensionibus.

In absolutâ Constitutionum obseruatione nil prætermittendum.

P.6. c.1. §.1.

15 Omnes constanti animo incumbamus, vt nihil perfectionis, quod Diuinâ gratiâ consequi possimus, in absolutâ omnium Constitutionum obseruatione, nostri quæque instituti peculiari ratione adimplendâ, prætermittamus.

Perfectionis, solidarumque virtutum studium.

P.10. §.2.

16 Omnes, qui se Societati addixerunt, in virtutum solidarum ac perfectarum, & spiritualium rerum studium incumbant: ac in huiusmodi maius momentum, quàm in doctrinâ, vel aliis donis naturalibus & humanis constitutum esse ducant: illa enim interiora sunt, ex quibus efficaciam ad exteriora permanere ad finem nobis propositum oportet.

17 Om-

17 Omnes rectam habere intentionem studeant non solum circa vitæ suæ statum, verum etiam circa res omnes particulares; id semper in eis sincerè spectantes, vt seruiant & placeant diuinæ bonitati propter seipsam, & propter charitatem, & eximia beneficia quibus præuenit nos, potiùs quàm ob timorem pœnarum, vel spem præmiorum (quamuis hinc etiam iuari debeant) & in omnibus quærant Deum, exuentes se, quantum fieri potest, amore omnium creaturarum, vt affectum vniuersum in ipsarum Creatorem conferant, eum in omnibus creaturis amando, & omnes in eo, iuxta sanctissimam ac diuinam ipsius voluntatem.

Recta intentio in rebus omnibus.

P. 3. c. 1. §. 26.

18 In concionibus domesticis de iis crebrò tractent, quæ ad sui abnegationem & in virtutibus profectum, & omnimodam perfectionem attinent; ad eas se inuicem exhortando, & præcipuè ad vniõnem, & charitatem fraternam.

Quid in concionibus domesticis tractandum.

P. 3. c. 1. §. 21.

19 Magnoperè conferet, deuotè, quoad fieri poterit, ea munera obire, in quibus magis exercetur humilitas & charitas. Et in vniuersum loquendo, quantò aliquis se arctiùs Deo astrinxerit, & liberaliorem erga summam maiestatem se præstiterit, tantò eum in se liberaliorem etiam experietur, & ipse in dies magis idoneus erit ad gratias, & dona

Munera in quibus magis exercetur humilitas & charitas.

obseruanda.

P. 3. c. 1. §. 22.

dona spiritualia vberiora recipienda.

*Cura inte-
rioris homi-
nis spiri-
tualis.*

P. 5. c. 4. §. 5.
& in Exa.
c. 6. §. 5. & 6.

*Studium
deuotionis.*
P. 3. c. 1.
§. 20.

*Ab illu-
sionibus cau-
endum.*

P. 3. c. 1. §. 10.

*Paupertas
diligenda, &
conseruanda.*
P. 6. c. 2. §. 1.

*Eius aliqui
effectus ex-
periendi.*
P. 3. c. 1. §. 25.
& §. 7.

P. 6. c. 2. §. 10

20 Postquam aliquis in corpus Societa-
tis cooptatus fuerit in aliquo gradu, ad alium
progredi curare non debet, sed in suo
perfecti, & obsequio Dei & gloriae sese impen-
dere.

21 Omnes suum tempus rebus spiritali-
bus impendant, & deuotioni quaerendae pro-
mensuram gratiae Dei ipsis communicatae insi-
stant.

22 Ab illusionibus daemone in suis spi-
ritualibus exercitationibus caueant, & se
contra omnes tentationes tueantur: simul
rationes sciant, quae adhiberi possint, ut eas
superent: & ad veras solidasque virtutes
consequendas insistant, siue plures adsint vi-
sitationes spirituales siue pauciores: curent
verò semper in via diuini seruitij progressum
facere.

23 Paupertas, ut murus religionis fir-
mus, diligenda, & in sua puritate conseruan-
da est, quantum diuinam gratiam aspirante fieri
poterit.

24 Diligent omnes paupertatem, ut ma-
trem, & iuxta mensuram sanctae discretionis
suis temporibus eius effectus aliquos expe-
riantur: nullaque re tamquam propria vtan-
tur: paratique sint ad mendicandum ostia-
tim, quando vel obedientia, vel necessitas id
exiget.

25 Victus, vestitus, & lecti ratio erit vt pauperibus accommodata: & vnusquisque sibi persuadeat, quòd quæ vilissima erunt ex iis quæ domi sunt, ei tribuentur propter ipsius maiorem abnegationem & spiritualem profectum.

*Vilissima
optanda.
In Ex.c.4.
§.26.*

26 Intelligent omnes, quòd mutuo dare, vel accipere, vel dispensare quidquam de iis quæ domi sunt, minimè possunt, nisi Superior conscius consensum præstiterit.

*Dari mutuo
vel dispensa-
ri nil potest
in scio Super-
iore.
P.3.c.1. §.8.*

27 Omnes, qui sub obedientiâ sunt Societatis, meminerint se gratis dare debere, quæ gratis acceperunt, nec postulando, nec admittendo stipendium vel elemosynas vllas, quibus Missæ, vel Confessiones, vel Prædicationes, vel quoduis aliud officium ex iis, quæ Societas iuxta nostrum institutum exercere potest, compensari videatur: vt sic maiori cum libertate possit, & proximorum ædificatione in diuino seruitio procedere.

*Nihil pro
ministeris
accipiendū.
P.6.c.2. §.7.
& in Ex.1.
c.1. §.3.*

28 Quæ ad votum castitatis pertinent, interpretatione non indigent, cum constet, quàm sit perfectè obseruanda, nempe enitendo Angelicam puritatem imitari & corporis & mentis nostræ munditiâ.

*Castitas.
P.6.c.1. §.1.*

29 Omnes diligentissimè curent portas sensuum suorum (oculorum præcipuè, aurium, & linguæ) ab omni inordinatione custodire,

*Sensuum
custodia.
P.3.c.1. §.4.*

Modestia.

studire, ac se in pace & verâ humilitate internâ conseruare, & eam in silentio, cùm id obseruandum est, cùm autem loquendum, in circumspessione & ædificatione verborum, & modestiâ vultus, ac maturitate incessus motuumque omnium, sine vlllo impatientiæ, aut superbiæ signo exhibere: in omnibus rebus procurando atque optando potiores partes aliis deferre, omnes in animo suo tamquàm sibi superiores ducendo, & exteriùs honorem ac reuerentiam, quam exigit cuiusque status, cum simplicitate & moderatione religiosâ exhibendo: atque ita fiat, vt se mutuo considerantes in deuotione crescant, Deumque Dominum nostrum laudent, quem quisque in alio, vt in illius imagine, agnoscere studeat.

*Deus in alius agnoscendus.**In refectiōe corporis temperantia & decetia.**P. 3. c. 1. §. 5.*

30 In refectiōe corporis curandum est, vt temperantia, modestia, & decetia interiùs & exteriùs in omnibus obseruetur. Præmittatur benedictio, & sequatur actio gratiarum; quas omnes agere debent cum eâ, quâ par est, deuotione & reuerentiâ. Et dum corpus edendo reficitur, sua etiam animæ refectio præbeat.

*Obedientia.**P. 3. c. 1. §. 13.**Superior loco Christi agnoscendus.*

31 Expedit in primis ad profectum, & valdè necessarium est, vt omnes perfectæ obedientiæ se dedant; Superiorem (quicumque ille sit) loco Christi Domini nostri agnoscetes, & internâ reuerentiâ & amore eum prosequen-

sequentes: nec solùm in executione externâ eorum, quæ iniungit, integrè, promptè, fortiter, & cum humilitate debitâ, sine exculationibus obediant, licet difficilia & secundùm sensualitatem repugnantia iubeat; verùm etiam contentur interiùs resignationem & veram abnegationem propriæ voluntatis & iudicij habere, volûtatem ac iudicium suum cum eo quod Superior vult & sentit, in omnibus (vbi peccatum non cerneretur) omnino conformantes, propositâ sibi voluntate ac iudicio Superioris pro regulâ suæ voluntatis & iudicij, quò exactiùs conformentur primæ ac summæ regulæ omnis bonæ voluntatis & iudicij, quæ est æterna Bonitas & Sapientia.

*Abnegatio
voluntatis
& iudicij.*

32 Liberam sui ipsorum, rerum quæ suarum dispositionem omnes cum verâ obedientiâ Superiori relinquunt, nihil ei clausum, ne conscientiam quidem propriam, tenendo, non repugnando, non contradicendo, nec vllâ ratione iudicium proprium ipsius iudicio contrarium demonstrando: vt per vnionem eiusdem sententiæ & voluntatis, atque per debitam submissionem meliùs in Diuino obsequio conferuentur & progrediantur.

*Omnia Superiori detegenda.
P. 4. c. 10. §. 5.*

33 Omnes obedientiam plurimùm obseruare, & in eâ excellere studeant, nec solùm in rebus obligatoriis, sed etiam in aliis, licet nihil aliud, quàm signum voluntatis Superioris sine vllò expresso præcepto videretur. Versari au-

*Obedientia
perfectissimè seruanda.
P. 6. c. 1. §. 1.*

B rem

tem debet ob oculos Deus Creator ac Dominus noster, propter quem homini obedientia præstatur: & vt in spiritu amoris, & non cum perturbatione timoris procedatur, curandum est.

Ad Superioris vocem littera inchoata relinquenda. Ibid.

34 Ad Superioris vocem perinde, ac si à Christo Domino egrederetur, quàm promptissimi simus, re quavis, atque adeò litterâ à nobis inchoatâ, necdum perfectâ, relicta.

Obedientia omni ex parte perfecta. Ibid.

35 Ad eum scopum vires omnes, ac intentionem in Domino conuertamus, vt sancta obedientia tum in executione, tum in voluntate, tum in intellectu, sit in nobis semper omni ex parte perfecta; cum magnâ celeritate, spirituali gaudio & perseverantiâ, quidquid nobis iniunctum fuerit obeundo; omnia iusta esse nobis persuadendo; omnem sententiam, ac iudicium nostrum contrarium cæcâ quadam obedientiâ abnegando.

In obedientia, vt cadauer & baculus regi se sinant. Ibid.

36 Quisque sibi persuadeat, quòd qui sub obedientiâ viuunt, se ferri ac regi à Diuinâ prouidentiâ per Superiores suos sinere debent perinde, ac si cadauer essent, quod quoquo uersus ferri, & quacumque ratione tractari se finit: vel similiter atque senis baculus, qui vbi cumque & quacumque in re velit eo vti, qui eum manu tenet, ei inseruit.

Pœnitentiæ implendæ. In Exam. c. 4. §. 33.

37 Adimplere quisque debet quasuis pœnitentiæ, quæ propter defectus & negligentiam suam, vel quiduis aliud fuerint iniunctæ.

Pœni-

Pœnitentias verò huiusmodi promptâ voluntate quisque admittere deberet, cum vero emendationis & spiritualis profectus desiderio, etiam si propter defectum non culpabilem iniungerentur.

Etiam ob defectum non culpabilem iniuncte.
P. 3. c. 1. §. 15.

38 Cùm aliquis ad ministeria culinæ ob- eunda ingreditur, vel ad eum iuuandum, qui coquus est, eidem obedire cum magnâ humilitate in rebus omnibus ad ipsius officium pertinentibus debet. Atque valdè necessarium est, vt omnes non solùm Superiori Societatis, vel Domus, sed etiam subordinatis officialibus, qui ex illo auctoritatem acceperunt, obediunt: & affuescant non intueri, quis ille sit cui obediunt, sed potiùs quis ille sit, propter quem, & cui, in omnibus obediunt, qui est Christus Dominus.

In Exam.
c. 4. §. 29.

Etiam subordinatis obediendum.
P. 3. c. 1. §. 24.

39 Si aliquis ex iis qui Domi sunt, cuiquam scriberet, non nisi obtentâ facultate, & litteris ei ostensis quem Superior destinauerit, id faciet. Si ad eum dem litteræ mitterentur, ei primò reddentur, qui à Superiore fuerit constitutus: qui eas lectas reddet, aut non reddet, illi ad quem sunt destinatæ, prout in Domino expedire ad maius ipsius bonum, & Dei gloriam existimabit.

Littere ostendenda.
P. 3. c. 1. lit. B.
& in Exam.
c. 4. §. 6.

40 Quicumque hanc Societatem in Domino sequi volet, & in eadem ad maiorem Dei gloriam manere; sub sigillo confessionis, vel secreti, vel quacumque ratione ei placue-

Reddenda sui ratio, & quando.
In Exam.
c. 4. §. 36.

rit & ad maiorem ipsius consolationem fuerit, debet conscientiam suam magnâ cum humilitate & caritate manifestare, re nullâ, quâ Dominum vniuersorum offenderit, celatâ; & totius antea cætæ vitæ rationem integram, vel certè rerum maioris momenti Superiori, qui tum fuerit Societatis, vel cui ex Præpositis vel aliis ex inferioribus ille iniungeret, prout magis convenire videretur, reddat: & sexto quoque mense rationem hanc sui, ab ultimâ, quam reddiderit, incipiendo quisque reddet. Sic etiam videtur, quòd Coadiutores formati & Professi singulis annis, vel crebriùs si Superiori videbitur, suæ conscientia rationem dicto modo ei reddant.

Ibid. §. 40. &
P. 6. c. 1. §. 2.

Tentatio
nulla celanda.
P. 3. c. 1. §. 12.

41 Nullam debent celare tentationem, quam Præfecto rerum spiritualium, vel Confessario, vel Superiori non aperiant: imò verò totam animam suam illis integrè manifestam esse, pergratum habeant: nec solùm defectus aperiant, sed etiam pœnitentias, vel mortificationes, & deuotiones, ac virtutes omnes, voluntate purâ optantes ab illis dirigi, sicubi à rectitudine deflecterent; nolentes suo proprio sensu duci, nisi conueniat cum iudicio illorum, quos Christi Domini nostri loco habent.

Vno, & con-
formitas
magna.
P. 3. c. 1. §. 18.

42 Idem sapiamus, idem, quoad eius fieri possit, dicamus omnes, iuxta Apostolum. Doctrinæ igitur differentes non admittantur, nec verbo in concionibus publicis, nec scriptis libris;

bris; qui quidem edi non poterunt in lucem sine approbatione atque consensu Præpositi Generalis. Imò & iudiciorum de rebus agendis diuersitas, quæ mater esse solet discordiæ, & inimica vnionis voluntatum, quantum fieri potest, euitari debet. Vnio verò & conformitas mutua diligentissimè curanda est, nec quæ ei aduersantur permittenda: quò iuncti inuicem fraternæ caritatis vinculo, meliùs & efficacius possint se Diuino obsequio, & auxilio proximorum impendere.

Libri sine approbatione & consensu Gener. non imprimendi.

43 In Societate nec sit nec sentiatur animorum propensio ad partem alterutram factionis, quæ esset fortassis inter Principes vel Dominos Christianos: sed sit potiùs quidam vniuersalis amor, qui partes omnes (licet sibi inuicem contrariæ sint) in Domino nostro amplectatur.

Animorum propensio. P.10. §.11.

44 Omnes quamdiu corpore benè valent, in spiritualibus vel exterioribus habeant in quo occupentur, ne otium malorum omnium origo, quoad eius fieri possit, Domini nostræ locum habeat.

Otium vitandum. P.3.c.1. §.6.

45 Vt pleniùs possit Societas rebus spiritualibus iuxta suum institutum vacare, quoad eius fieri poterit, à negotiis sæcularibus abstinere (qualia sunt testamentariorum, vel executorum, vel procuratorum rerum ciuilium, aut id genus officia) nec ea vllis precibus adducti obeunda suscipiãt, vel in illis se occupari sinãt.

Rerum sæcularium procuratore abstinendum. P.6.c.3. §.7.

*Ratio habenda
valentudinibus.*
P. 3. c. 2. §. 1.

46 Vt nimia sollicitudo in iis quæ ad corda pertinent, reprehensibilis est; ita moderata tuendæ ad Diuinum obsequium valentudinibus ac virium corporis laude digna, & ab omnibus adhibenda est: & eâ de causâ cum animaduernerint aliquid sibi nocere, vel aliud necessarium esse circa victum, vestitum, habitationem, officium, aut exercitationem, & sic de aliis rebus, admoneant omnes eâ de re Superiorem, vel quem ad id Superior constituerit, duo interim obseruantes: Primum, vt antequàm ad eum quid referant, se ad orandum recipiant, & post orationem si senserint rem deferendam ad Superiorem, id faciant: Alterum, vt cum verbo aut scripto breui (ne excidat memoria) Superiori rem exposuerint, ei totam curam rei expositæ relinquunt, & quidquid ille statuerit, optimum ducant: nec contendere, aut vrgere per se, vel alium (siue concedatur quod petitur, siue non) pergant, quandoquidem sibi persuadere debent, id magis expedire ad Diuinum obsequium, ac suum maius bonum, quod Superiori, re intellectâ, in Domino visum fuerit.

*Exercitia
mentalia,
externis interruptum
peda.*
P. 3. c. 2. §. 4.

47 Vt non expedit tanto labore corporali quemquam onerari, vt spiritus obruatur, & corpus detrimentum patiat; ita aliqua corporalis exercitatio, quæ vtrumque iuuet, omnibus cõmuniter conuenit, etiam illis, qui mentalibus exercitiis debent insistere: quæ quidem
exter-

externis interrumpi deberent, & non continuari, nec sine mensurâ discretionis assumi.

48 Corporis castigatio immoderata esse non debet, nec indiscreta, in vigiliis & abstinentiis, & aliis pœnitentiis externis ac laboribus, quæ & nocumentum afferre, & maiora bona impedire solent. Ideò suo Confessario detegi ab vnoquoque conuenit quidquid in hac parte faciat.

Corporis castigatio non sit immoderata, & Confessario aperienda.
P. 3. c. 2. §. 5.

49 Ægritudinis tempore non solùm obferuare vnusquisque obedientiam magnâ cum puritate debet erga Superiores spirituales, vt ipsius animam regant; sed cum eadem humilitate erga medicos corporales, & Infirmarios, vt corpus eius regant.

Æger etiam medicis & Infirmariis obediatur.
In Exam.
c. 4. §. 32.

50 Qui ægrotat, humilitatem & patientiam suam præferendo, non minorem ædificationem, dum morbo laborat, iis qui ipsum inuisent, & cum eo versabuntur & agēt, quàm dum valebat corpore, ad maiorem Dei gloriam præstare curet, verbis piis & ad ædificationem facientibus vtendo, quæ ostendant ægritudinem acceptari vt donum de manu Creatoris ac Domini nostri: quandoquidem non minùs donum est, quàm sanitas.

Edificet adstantes.
In Exam.
c. 4. §. 32.
P. 3. c. 1. §. 17.

51 Aliquoties singulis annis omnes à Superiore sibi pœnitentias iniungi propter defectu obseruationis Regularum petant: vt hæc cura indicium sit illius, quam de suo profectu spiritali in viâ Dei quisque habet.

Pœnitentia petendæ.

P. 3. c. 1. §. 28.

B 4

52 Om-

Constitutio-
nes ac regulae
observanda
& legenda.
P. 10. §. 13.

52 Omnes demum observationi Constitutionum studeant: ad quam easdem scire, saltem quæ ad quemlibet pertinent, necesse est. Quare legere vel audire easdem singulis mensibus oportebit.

R E G V L Æ

C O M M V N E S.

Examen cō-
scientiæ, ora-
tio, & lectio.
P. 4. c. 4. §. 3.
& 4.

Sacrum &
concio.
P. 4. c. 4. §. 3.
& 4.

Confessio.
P. 3. c. 1. §. II.
& p. 6. c. 3. §.
2. & in Bul. 3.
Pauli III.
Quid in re-
novatione
votorum.
P. 4. c. 4. §. 5.
& c. 10. §. 5.
& p. 5. c. 4.
§ 6. & Exam.
c. 4. §. 3. 8. &
41.

Abstinētia.

1 SINGULI præfinitum sibi tempus suæ conscientiæ bis quotidie examinandæ, orationi, meditationi, lectionique impendant cum omni diligentia in Domino.

2 Omnes quotidie Sacro decenter intersint: & concionem, lectionem ve sacram, cum in templo nostro habebitur, audiant.

3 Singuli statuto die, & assignato sibi Confessario confiteantur, & non alteri sine Superioris facultate.

4 Omnes (qui Professi, aut formati Coadiutores non sunt) bis in anno sua vota renouabunt, præmissâ confessione generali; quo tempore rationem suæ conscientiæ reddent, & quoties etiam Superiori visum fuerit, iuxta morem Societatis.

5 In abstinentiâ sextæ feriæ, Societatis consuetudo seruetur.

6 Nul-

6 Nullus mortificationem publicè faciat, nec concionetur, nisi Superiore approbante. *Mortificatio publica.*
In Ex.c.4.

7 Nemo pecuniam apud se habeat: apud alium verò, nec pecuniam, nec quidquam aliud. *§.4. Pecunia.*

8 Libros nemo habeat sine facultate: in iis verò quibus vti licet, nec scribat quidquam, nec notam vllam imprimat. *Libri.*
P.4.c.6.lit. G.

9 Nemo rem vllam ex domo, vel ex altero cubiculo sibi vsurpet, aut ab externo, quouis modo sibi aut alij accipiat, sine Superioris licentiâ. *Nihil vsurpandum.*

10 Ad maiorem vnionem eorum qui in Societate viuunt, maiusque auxilium eorum apud quos habitant, singuli addiscant eius regionis linguam, in quâ resident, nisi fortè ipso- rum natia illic esset vtilior: saluâ tamen Latini sermonis lege in iis, qui litteris dant operam. *Lingua regionis addiscenda.*
P.4.c.6. §.13

11 Nullus ita cubiculum suum claudat, quin aperiri extrinsecus possit; aut arcam, seu quidquam aliud habeat obseratum absque Superioris facultate. *Nihil obserandum.*

12 Apertâ fenestrâ nemo noctu dormiat, nec sine indusio, aut non coopertus. *Noctu vt dormiendû.*

13 Nemo cubiculo egrediatur, nisi decen- ter vestitus. *P.3.c.2.lit. E. Vestitus decencia.*

14 Nemo eorum, qui ad domestica mini- steria admittuntur, aut legere discat aut scribere, aut si aliquid scit, plus litterarû addiscat: *Coadiutores ne legere ad- discant.*

B 5

nec §.6.

nec quisquam eum doceat sine Præpositi Generalis facultate : sed satis ei erit sanctâ cum simplicitate & humilitate Christo Domino nostro seruire.

*Obedientiæ
perfectio.*

P. 4. c. 10.

§. 9.

*Bibere aut
comedere ex-
tra tempus
non licet.*

*Quid malè
habenti agē-
dum.*

P. 3. c. 2. §. 6.

*Lectus com-
ponendus.*

*Verrendum
cubiculum.*

Mundities.

*Tentatio
aliena ape-
rienda.*

*Quæ ad re-
gimen spe-*

15 Signo campanæ constitutis horis audi-
to, omnes statim vel imperfectâ litterâ relicta,
ad id, ad quod vocantur, se conferant.

16 Vt consulatur valetudini nemo extra
consueta tempora bibat, nec extra domum ci-
bum sumat absque facultate Superioris.

17 Qui malè se habere præter solitum sen-
serit, id Infirmario, vel Præfecto sanitatis, aut
Superiori referat. Nemo verò medicinam vl-
lam accipiat, aut medicum eligat, vel consulat,
nisi approbante Superiore.

18 Singuli, etiam si Sacerdotes sint, cum
primùm surgunt, lectum operiant, eumque &
reliqua componant horâ consuetâ, & scopis
cubiculum verrant tertio saltem quoque die,
exceptis iis, qui ob occupationes maioris mo-
menti, aut valetudinis causâ, iudicio Superio-
ris subleuandi sunt.

19 Mundities, quæ & ad valetudinem &
ad ædificationem confert, omnibus curâ sit,
tam circa se ipsos quàm circa alia omnia.

20 Qui grauem tentationem alicuius no-
uerit, Superiorem admoneat, vt ei ipse, pro pa-
ternâ in suos curâ ac prouidentia, conuenienti
remedio possit occurrere.

21 Quæ à Superioribus circa admini-
strationem

strationem agenda sunt, nemo curiosè ab aliis exquirat, aut coniecturam faciendo de iis sermonem misceat: sed vnusquisque sibi ac muneri suo attendens, quidquid de se atque aliis constituendum erit, tamquam de manu Dei expectet.

Etant, non exquirenda.

22 Omnes caput aperiant suis Superioribus, & Sacerdotibus ij qui Sacerdotes non sunt; discipuli etiam suis Præceptoribus. Vnusquisque autem Superiores alloquatur magnâ cum reuerentiâ: is verò, quem Superior alloquitur, aut reprehendit, humiliter & sine interpellatione audiat.

Caput quibus aperiendum.

23 Si cui à Superiore denegatum aliquid fuerit, alium Superiorem ne adeat super eâ, quin ei aperiat, quid sibi ab alio fuerit responsum, & quas ob causas negatum.

Re à Superiore denegata, quid cum alio agendum.

24 Cui fuerit alicuius rei cura commissa, si impedimentum aliquod interuenerit, maturè admoneat aliquem ex Superioribus, vt provideat.

Occupatus Superiorem moneat.

25 Nemo cum ex vno loco in alium proficiscitur, quidquam secum asportet sine facultate Superioris.

Nihil secum ferendum.

26 Extra tempora recreationi assignata, hac ratione silentium seruandum est, vt nemo loquatur, nisi obiter & perpauca, aut de rebus necessariis, præsertim in Ecclesiâ, sacristiâ, & refectorio: in Missâ verò, concione, mensâ, lectionibus, & disputationibus si quid

Silentium ubi, & quando.

quid priuatim dicere necesse erit, breuissimè,
& submissâ voce suggeratur.

*Cum iis, qui
sunt in pri-
mâ proba-
tione, non lo-
quendum.
P. 1. c. 4. §. 4.
lit. A.*

*Modestia
in loquendo.*

*Ægroti
quomodo in-
uisendi.*

*Nationes
omnes pari
affectu am-
plectenda.
P. 10. §. 11.*

27 Nemo, præter eos qui à Superiore de-
putati fuerint, loquatur cum iis qui in primâ
probatione versantur: excipiuntur tamen vti-
tatae salutationes, quas cum alij aliis obuij
fiunt, charitas religiosa exigit.

28 Omnes de missâ voce, vt religiosos de-
cet, loquantur: nullusque cum alio contendat:
sed si quâ in re nobis est diuersa sententia, ea-
que videtur manifestanda, rationes modeste
& cum charitate afferantur, eo animo vt suus
veritati sit locus, non vt in eâ re Superiores vi-
deantur.

29 Qui facultate acceptâ ægrotos inui-
sent, non solum de missâ voce loquantur, sed
tantâ etiam moderatione, vt illis molesti non
sint, atque de iis agant, quæ & consolari ægro-
tos, circumstantesque ædificare in Domino
possint.

30 Caueant sibi omnes ab illo affectu, quo
aliæ de aliis nationibus sinistrè sentire aut lo-
qui solent: quin potius & benè sentiant, & pe-
culiari affectu diuersas à suâ nationes profe-
quantur in Domino: ac proinde nemo bella
contentionésve inter Christianos Principes
in colloquium inducat.

31 Nemo præter eos quibus per Superio-
rem licet, quidquam aliis iubeat, aliósve repre-
hendat.

32 In alterius officium nemo se ingerat: in Alterius officium & locus.
 locum verò alieno ministerio deputatum nul- P.4.c.10.
 lus ingrediatur sine facultate Superioris, aut §.6.
 Præfeti illius loci, in rebus necessariis.

33 Nemo in alienum cubiculum ingredia- Alterius cubiculum quomodo ingredi liceat.
 tur, sine generali aut speciali Superioris facul- P.3.c.1.lit.D.
 tate: quòd si aliquis intus sit, non priùs aperiat
 ostium, quàm post pulsus audiat, *Ingredere;* &
 tamdiu aperta sit ianua, quamdiu intus vnà
 fuerint.

34 Vt ea, quæ religiofos decet, grauitas & Tactus munitus.
 modestia retineatur, nemo alium etiam ioco
 tangat, præterquàm in signum caritatis am-
 plexando, cùm quis aut abit, aut redit per- Amplexus.
 egrè.

35 Nemo dum mensæ accumbit, cuiquam Aperire caput in mensa.
 ex nostris, præterquàm ei Superiori qui præest
 toti Domui aut Collegio, caput aperiat. Et
 cùm aliquid in mensâ cuiquam deest, is qui il-
 li assidet, admoneat eum qui ministrat.

36 Domi nemo loquatur cum externis, Loqui cum externis.
 aut alios ad id vocet sine facultate generali aut
 particulari Superioris.

37 Nemo cuiusquam externi ad domesti- Litteræ, aut mandata.
 cum, aut domestici ad externum mandata de-
 ferat, aut litteras, inscio Superiore: sæculares
 autem rumores qui foris audiuntur, ne temerè
 & sine fructu narrentur.

38 Nemo quæ Domi acta vel agenda sunt, Res domesti- ca non referenda.
 externis referat, nisi Superiori id probari in-
 telligat.

telligat. Constitutiones verò, aliòsve huiusmodi libros aut scripta, quibus Societatis institutum vel priuilegia continentur, non nisi ex Superioris expresso consensu iis communicet.

*Instructiones
spirituales
scripta, &c.*

39 Nemo scriptas dabit aut mittet cuiquam externo vel domestico instructiones spirituales aut meditationes; nec exercitia spiritualia Societatis alicui communicabit, nisi à Superiore id approbetur.

*Consilium ab
externis.*

40 Nemo ab externis consilium petat sine facultate Superioris.

Negotia.

*P. 6. c. 3. §. 7.
& p. 9. c. 6.
§. 4.*

41 Nemo cuiusquam negotij, etiam pij, sine facultate Superioris curam suscipiat, nec ad id operam suam promittat, aut se propensum ostendat: sæcularia verò negotia, vt quæ sunt à nostro instituto aliena, & vehementer à spiritualibus auocant, multò magis auersari conuenit.

*Proximus
ad bonum
promouen-
dus.*

*P. 7. c. 4. §. 8.
& in Exa.
c. 6. §. 4.*

42 Omnes, pro ratione sui gradus, datâ commodâ occasione, enitantur piis colloquiis proximum ad meliora promouere; & consilio ac exhortatione ad bona opera, præsertim ad confessionem, excitare.

*Cum socio
egrediendû.*

*P. 3. c. 1. §. 3.
& in Exa.
c. 4. §. 25.*

43 Nullus Domo egrediatur, nisi quando, & cum quo socio Superiori visum fuerit.

*Aperiendû
quò, & ad
quid eundû,
&c.*

44 Cùm quis facultatem à Superiore petit aliquò eundi, simul etiam aperiat, quò, & cuius rei causâ ire velit; præsertim si Prælatus aut alius vir primarius conueniendus sit: eademque die referat eidem quid egerit, sicut

sicut ipsum velle intelliget, & res postulauerit.

45 Ingressuri, egressurive Domo, tintinnabulum nec vehementius, nec crebrius pulsant, quàm par est. Nemo autem nisi consuetâ Domus ianuâ egrediatur, vel ingrediatur.

Tintinnabulum ianue.

46 Qui Domo egrediuntur, signabunt sua nomina, quæ prope ostium Domus in tabulâ descripta sunt, & admonëbunt ianitorem, quò sint profecturi.

Nomina signanda.

47 Omnes ante noctem, qui foris sunt, se Domum recipiant: nec egredientur antelucem sine facultate Præpositi, vel Rectoris.

Quando exendum, redeundum.

48 Cùm quis iter faciens transit per locum, vbi Domo aut Collegium Societatis sit, ad aliud hospitium ne diuertat; eiusque, qui illic præest, obedientiæ subsit in omnibus, sicut & reliqui, qui in eadem Domo vel Collegio commorantur. Quòd si quis etiam ad negotia tractanda venerit, ea non nisi ex eiusdem consilio ac directione tractabit.

Ad nostrorū Domo diuertendum.

49 Singuli has regulas & officiorum suorum habeant atque intelligant, sibi que faciant familiares, ac earum memoriam, mensibus singulis eis legendis vel audiendis, renouent: qui tamen peculiaria ministeria Coadiutorum obeunt, eas, quæ ad ipsorum officia pertinent, singulis hebdomadis repetant.

Lectio Regularum.

P. 4. c. 10. lit. F.

R E-

R E G V L Æ
P R O V I N C I A L I S .

De iis, quæ ad eius personam, & communem totius Prouinciæ administrationem spectant.

C A P V T I .

*Quæ à Pro. I
uinciali ser-
uanda.*

QUÆ Præpositis Domorum & Rectoribus, quod ad eorum personas attinet, in regulis præscribuntur, eò diligentius seruare enitatur Prouincialis, quò pluribus, pro ratione officij sui, vitæ spiritualis studio præire debet.

*Finis eius
officij.*

2 Finem officij sui (quem ante oculos habebit) in eo positum esse intelligat, vt Prouinciam sibi commissam in acquirendâ perfectione, iuxta propriij instituti rationem, & regulas ipsi datas promoueat.

Mansuetudo in regendo.

In Bullis Instituti Societatis.

3 Imitetur in gubernatione caritatem, mansuetudinem, & gubernationem Christi Domini nostri, vt iuxta eam normam, quam tradiderunt Apostoli, non dominans, sed forma

ma factus gregis ex animo, exemplo magis, quam verbo subditos ad perfectionem dirigat.

4 Seueritatem suo tempore cum benignitate miscet, suamque auctoritatem per solidas virtutes tueatur, ac dilectionem & curam suorum præferendo, modestè & circumspectè præcipiendo, ita amabilem se reddat, vt omnes fidenter ad illum recurrere possint.

*Seueritas cum
benignitate
coniungenda.*

5 Sollicitè animum ad gubernationem applicet, neque tamen in eâ ita distrahatur, vt in studio orationis & sanctis desideriis, quibus totam sustentare debet Prouinciam, in tepeat. Quamuis autem ordinariè concionari non debet, si quando tamen per occupationes officij sui commodè licebit, & hoc & aliâ Societatis ministeria exercere poterit.

*Incumbat
gubernationi.*

*Spiritualia
non deserat.*

Rarò concionetur.

*P. 9. c. 6. §. 1.
& lit. A.*

6 Nullas regulas, aut ordinationes, aut consuetudines toti Prouinciæ communes abroget, vel nouas inducat inconsulto Generali: sed secundùm eas quas habet, gubernet Prouinciam.

*Regulas, &c.
nullas abroget,
nec nouas inducat.*

7 Sicut Prouincialis, quando necesse est, in Regulis, Ordinationibus, Decretis, & in ipsa etiam Constitutionibus cum particularebus dispensare potest; sic cum dispensauerit in rebus maioris momenti, quæ videantur vrgere, & in quibus sine graui incommodo, Generalis responsum expectari nequeat, debet eum primo quoque tempore

*Dispensare
potest in
Regulis, &c.*

P. 9. c. 3. §. 8.

& lit. D. &

P. 4. c. 10.

lit. B.

C

de



de huiusmodi dispensatione, & eius causâ ad-
monere.

*Facultates
Prouincialis.*

8 Præter facultates, quæ in his regulis
conceduntur, habet etiam eas omnes, quæ in
Compendio facultatum Societatis Prouincia-
libus concessæ sunt, quas ex Compendio ipso
intelliget.

*Facultates
Superiorum.*

9 Omnes facultates eorum Superiorum,
qui Prouinciali subordinati sunt, ad ipsum
quoque pertinent, ab ipsoque etiam suspen-
di poterunt, quando ei expedire in Domino
videbitur.

*Viceprouin-
ctalem no-
minare po-
test, &
quando.
Can. 22.
Congreg. 4.*

10 Potest Prouincialis in absentia, vel in
periculo vitæ, aut in grauiore & longiore
morbo constitutus, nominare Viceprouin-
ctialem, si Generalis neminem designasset:
quocumque autem modo constituatur, eas-
dem omnino facultates habeat quas Prouin-
ctialis, nisi à Generali, vel Prouinciali limiten-
tur: rationem tamen administrationis non
immutabit.

De

*De iis quæ illum ad bonam Prouinciæ
administrationem iuuabunt.*

CAPVT II.

II **C**ONSULTORES quatuor habeat Quot, & ubi
Consultores
habeat.
P. 9. c. 6. §. 4.
à Generali designatos in iis locis, ubi
frequentius refidet, quoad fieri poterit, cum
quibus res grauiores communicabit: quod si
absentes sint, per transmissas litteras: quorum
vnus ab eodem Generali constitutus, erit eius Ibid. c. 4.
§. 4.
Admonitor & socius. In quauis autem Domo
vel Collegio operâ Superioris, & eius Con-
sultorum, quos ad consultationem adhiben-
dos iudicauerit, vtatur in rebus iis, de quibus
ordinariè consultandum erit.

12. Si expediret, præter Consultores, alios Quos alios
ad consulta-
tionem ad-
hibere potest.
etiam nonnumquam ad consultationem vo-
care poterit, & eos quidem, quos de rebus
propositis meliùs iudicare posse existimauerit;
vel si absentes sint, iubere, vt de rebus iisdem
sententiam suam ad se transmittant.

13. Litteras & scripta quæ pertinent ad Quæ Consul-
toribus &
Superioribus
estendit.
rem, de quâ consultatio habenda est, osten-
dat Consultoribus (nisi quid obstet) vt benè
informari sententiam suam meliùs dicere
possint.

C 2

14 Cùm

*Ordinationes
communes
communi-
canda, &c.*

14 Cùm ordinationes aliquas communes à Generali acceperit, illas Superioribus suæ Prouinciæ, & Consultoribus manifestari faciat. Et quæ alicuius momenti fuerint, ad gubernationem vel instructionem pertinentes, in libro ad id designato describendas curet.

*In re consul-
tandâ indis-
ferentem se
præbeat.*

15 In proponendâ re, de quâ deliberandum est, in neutram partem animi sui proptionem ostendat, ne Consultoribus declinandi in eam partem detur occasio, sed quisque liberiùs in Domino suam sententiam aperiat.

*Quomodo
deliberabit,
de quo non
licet eum
Consultoribus.*

16 Si quando aliquid occurrerit, de quo non liceat cum Consultoribus agere, poterit iuxta primum & secundum modum in exercitiis ad electionem faciendam traditum, quid agendum sit, deliberare.

*Libenter ad-
moneri se pa-
tiatur.*

P. 9. c. 4. §. 4.

17 Libenter se ab aliis admoneri patiatur de iis, quæ ad officium & personam suam pertinent, & eum præcipuè, qui Admonitoris officio fungitur, benignè audiat.

*Constitutio-
nes, Decreta,
&c. secum
habeat.*

18 Habeat secum litteras Apostolicas authenticas, & compendium facultatum Societatis, Constitutiones, Decreta, Regulas omnes, & quæ à Generali ordinantur, eaque benè intelligat & obseruari faciat.

Archiuuium.

19 In loco, in quo diutius ei residendum est, habebit archiuuium, in quo asseruabit instrumenta authentica, libros, & cetera quæ ad officium Prouincialis, & communem vltim

Pro-

Prouinciæ pertinent, quæ omnia ex catalogo à se subscripto successorì tradet.

20 Habeat libellum, in quem referat ea, quæ consultanda, vel prouidenda, vel ad Generalem scribenda sunt, ne memoriâ excidant.

P. 2. c. 3. §. 2.
& p. 7. c. 2.
lit. M. & c. 4.
§. 3. & p. 10.
lit. B.

21 Orationes & Missas ad tempus indicare poterit etiam in totâ Prouinciâ pro causis, quæ videbuntur id exigere, modum tamen in eâ re non excedat.

Orationes, &
Missa indici
cere potest.

*De Superioribus ei subordinatis,
& eorum officialibus.*

C A P V T III.

22 **E**T si Præpositos Domorum, & Rectores Collegiorum & Domorum Probationis suæ Prouinciæ constituere non potest; si tamen necesse esset aliquando mutationem facere Superioris alicuius, & periculum esset in morâ, vel si is moreretur, poterit aliquem, qui vices Superioris gerat, interim constituere, donec Generalis admonitus prouideat. Ministros autem, Procuratores, & Præfectos studiorum ipse designabit, atque etiam Subministros, & Præfectos sanitatis, ubi opus esse iudicauerit.

Quando Superiorem
constituere
potest.
P. 9. c. 3. §. 3.
& 14.

23 Constituat Magistros Nouitiorum in locis probationum non separatis, à Gene-

Magistros
Nouitiorum.
P. 3. c. 1. §. 12.

rali tamen confirmandos, & eos quidem, qui in rebus spiritualibus exercitati sint, & in modo procedendi Societatis nostræ benè probati.

Præfectos rerum spiritualium, & Confessarios nostrorum.
P. 4. c. 10.
§. 7.

24 Designabit Præfectos rerum spiritualium in omnibus Collegiis, & Domibus professis, quales in primâ regulâ officij illorum præscribuntur: itemque ordinarios nostrorum Confessarios; ex quibus ferè conueniret Præfectos rerum spiritualium deligere.

Consultores, & Admonitores.

25 Deligere poterit Consultores & Admonitores eorum qui præsunt in Prouinciâ, ita vt statim suo officio fungi possint: scribet tamen de iis ad Generalem, vt ab eo confirmentur.

Prædicatores, & Confessarios.
Can. 27.
Congr. 2.

26 Prædicatores, & Confessarios ipse constituet, præmissio tamen domestico examine, & approbatione Ordinariorum iuxta formam Concilij Tridentini.

Lectores, & Officiales Vniuersitatum.
P. 4. c. 6. lit. F.
Ibid. c. 7. lit. A.
Ibid. c. 12. lit. C.

27 Lectores ordinarios in omnibus classibus, & primarios officiales, præter Rectorem & Cancellarium in Vniuersitatibus, deligat; nouas tamen lectiones non addat, nec scholas vsquam vllas, & præsertim eas, in quibus pueri legendo & scribendo instituantur (quod nec priuatim licebit) sine facultate Generalis aperiatur.

Auctoritas Superiorum immediatorum tuenda.

28 Tueatur auctoritatem Superiorum immediatorum in subditos, ita tamen, vt constet posse omnes ad mediatos recurrere: idè quid-

quidquid agendum vel immutandum erit, quod ad immediatorum officium pertineat, pereosdem fieri curabit.

P.8.c.1.§.4.
& 6. & p.9.
c.6.§.1.

29 Si quos ad gubernationem idoneos iudicabit, curet de illis paulatim & negotiis tractandis & domesticis ministeriis obeundis experimentum sumere, vt & ipsi talenti accepti specimen dare, & Societatis officia eis turò committi possint.

*De idoneis
ad gubernandum.*

30 Obseruet, si qui detineantur in ministeriis aliquibus, qui magis idonei essent ad aliam tamen habeat cuiusque rationem, vt vniuersale bonum semper præferatur.

De aptioribus ad alia ministeria.

31 Neminem ab obedientiâ Superiorum immediatorum inconsulto Generali eximat, nisi periculum esset in morâ, & tunc certiores faciat Generalem de personâ, & de causis propter quas eam exemerit.

Neminem eximat ab obedientiâ Superiorum.
P.8.c.1.lit.E.

De admittendis.

C A P V T . I V .

32 **E**OS ad probationem per se, vel per alios admittere poterit, quos ad institutum nostrum idoneos in Domino iudicauerit: cauebit tamen ne cuiusquam admissio iustam aliquam externorum offensionem, aut Societatis nocumentum pariat: quod cum iis potissimum

Qui admittendi ad Societatem.

Par.1.cap.1.

simum obseruandum erit, qui in scholis nostris instituuntur.

*Quomodo
ad eam allii-
ciendi.*

33 Attendat, ne nimij sint nostri in hominibus ad Societatem alliciendis, sed per virtutes & bonæ vitæ odorem omnes ad Christum trahere studiosè curent.

*Inepti non
admittendi.
P. 10. §. 7.*

34 Meminerit quòd inepta turba ad institutum nostrum admitti non debet, & obseruari faciat in hoc diligenter regulas officij Examinatoris.

*Quid agen-
dum cum
impeditis.*

*In Ex. c. 2.
§. 6. lit. D. &
p. 1. c. 3. lit. G.*

35 Quod ad prima quinque impedimenta attinet, et si Societas in nullo eorum dispensare potest; si tamen in eo qui admitti petit dona aliqua Dei illustriora cernerentur, Generalem admoneat: quòd si de eiusmodi impedimentis dubitaret, ad eundem recurrat.

*Quando dis-
pensare po-
test cum il-
lis.*

*P. 1. c. 3. §. 9.
lit. H.*

36 In secundariis impedimentis dispensandi facultatem habebit, præterquam in deformitate magnâ aut defectu insigni, qualem habent Eunuchi, & in ætate infra 15. & ultra 50. expletos annos, & in coniugatis, etiam in casu in quo non est impedimentum essentielle.

*Experimen-
ta antepone-
re, &c.*

*In Ex. c. 4.
§. 9.*

Can. 1.

Cong. 2.

In Ex. c. 4.

§. 43.

*Dispensare
cum Nouitiis
circa studia.*

37 Poterit in casu aliquo antepone re & postponere aliqua ex sex experimentis, eaque moderari, & alia in alia permutare, dumquodò biennio, & benè probentur Nouitij: quod etiam tempus prorogare poterit, si opus esse iudicauerit.

38 Poterit etiam cum Nouitiis in secundo anno probationis circa studia dispensare, habitâ

bitâ ratione personarum, locorum, & temporum, prout expedire in Domino iudicabit. Ij verò cum quibus dispensauerit, extra domum probationis, & seorsum à Collegialibus esse debebunt, sub curâ alicuius Sacerdotis ab ipso constituti, qui vicem Magistri Nouitiorum gerat; eiusque regulas, & Examinatoris habeat; ex quibus ea seruabuntur, quæ commodè seruari possunt. Cuiusmodi erit, vt per dimidiam horam vesperi orent; sed iis tantum diebus, quibus à studiis vacauerint.

39 Coadiutores temporales plures esse non debent, quàm qui necessarij sint ad subleuandas Domos, vel Collegia in rebus, quibus occupari Sacerdotes & Scholastici non possunt sine detrimento maioris boni.

Coadiutorij
numerus.

P. 1. c. 2. §. 1.

& P. 4. c. 3. §. 2. & in 1.

Cong. tit. 6.

d. 24.

De dimittendis.

C A P V T V.

40 **F**ACULTATEM habet dimittendi eos, qui in primâ & secundâ probatione, ante & post emissâ vota versantur; nisi à Præposito Generali in illius prouinciam destinati, vel de Societate ipsi tam benè meriti essent, vt eorum esset particularis ratio habenda. In his enim casibus, inconsulto Generali

Dimittere

Nouitios postest.

P. 2. c. 1. lit. C.

C 5

nerali

nerali dimittere non debet, nisi causæ admodum virgentes & graues essent, ita vt minimè dubitaretur Generalis mentem huiusmodi futuram esse.

Alios in aliquibus casibus.
P.2. cap.1.
lit.C.

41 Scholasticos verò approbatos, & Coadiutores non formatos, qui probationem absoluerunt, inconsulto Generali non dimittat; nisi in grauibus & vrgentibus casibus, & qui eiusmodi sint, vt sine graui periculo, Generalis responsum expectari nequeat: quem tamen post dimissionem certiore faciat, adiunctis causis dimissionis. Et in vniuersum diligenter Prouinciali dispiciendum est, vt qui minùs idonei ad nostrum institutum, & tandem aliquando dimittendi videntur, eos ipse intra biennium probationis dimittat. Quòd si peracto etiam probationis tempore aliqui huiusmodi deprehendantur, tempestiuè Generalis moneatur, ne cum Societatis iacturâ diutiùs, quàm par est, retineantur.

Quos & quando dimittet.

42 Prouincialis erit, iuxta commissam sibi facultatem, auditis suis Consultoribus, vel si necessitas vigeat, Superiore & Consultoribus eius loci, vbi tunc erit, qui ipsi videbuntur, adhibitis, iudicare de causis sufficientibus ad dimissionem: curabit tamen, ne ad hæc extrema, nisi quàm consultissimè, & aliis tentatis remediis veniatur.

Formatos, & Professos nullo modo dimittet.
P.2. cap.1.
lit.C.

43 Coadiutores formatos, siue spirituales siue tēporales, & Professos nullo modo dimittet.

44 Cir-

44 Circa modum dimittendi obseruet ea quæ in secundâ parte Constitutionum, capite tertio dicuntur : & intelligat , an is qui dimittitur , aliquid Societati dederit , & si quid ei reddi oporteat , iuxta eiusdem capituli declarationem : scripta verò an secum asportare debeat , consideret ipse diligenter.

Modus dimittendi.

P.2. cap.3. lit.B.

45 Declaretur iis qui dimittuntur, quòd liberi maneant à votis simplicibus, si ea iuxta formulam Societatis consuetam emiserint.

Dimissi, liberi maneant à votis.

P.2. c.4. §.3.

46 Circa dimissos aut egressos è Societate , & postea reductos, vel sponte redeuntes, obseruentur ea quæ in Constitutionibus & Decretis dicuntur: & si admittantur, denudè examinentur, & probentur, prout ipsi videbitur : si quis autem semel egressus erit , poterit quidem iterùm admitti ; sed aduertatur , huiusmodi homines rarò idoneos ad instituti nostri disciplinam inueniri.

Dimissi si redeant ad Societatem, iterùm probandi, &c.

P.2. c.4. In Cong. 1. tit.2. dec.10.

De litterarum studiis.

C A P V T V I.

47 IN Vniuersitatibus, & Collegiis, in quibus nostri litteras profitentur, idoneos & eruditos Professores pro ratione loci & debiti constituat. Si aliquis Lector extraordinarius

Idoneos professores constituat.

P.4. c.12. & 13. & c.6. §.6. Ibid. c.13.

lit. C.

narius adiiciendus videretur, Generalem con-
sular.

*Inspiciat res
ad scholas
pertinentes.*

48 Peculiari curâ videat, num lectiones in
scholis nostris, & scholasticæ exercitationes
diligenter, assiduè, atque ordine habeantur:
num Magistri & Discipuli suum in Domino
officium faciant: & si quid opus esse iudicaue-
rit, prouideat, iuxta ea quæ in quartâ parte
Constitutionum & Regulis habentur.

*Quid cuique
ad discendû.
P. 4. c. 5. §. 2.
& c. 6. §. 5.*

49 Ipsius prudentiæ relinquatur, quid hi,
aut illi addiscere debeant iuxta ætatem, & in-
genium vnus cuiusque ad maiorem gloriam
Dei; eos autem quos non esse aptos ad studia
inueniet, ab illis remouere poterit.

*Ordo in ad-
discendis di-
sciplinis.*

*P. 4. c. 6. §. 4.
& c. 5. lit. D.
& c. 13. §. 4.
lit. E.*

50 In addiscendis disciplinis ordinem ser-
uari faciat: efficietque, vt prius scholastici in
linguâ Latinâ solidum faciant fundamentum,
quàm ad alia maiora studia transeant: curabit
verò humaniorum litterarum studia magni
fieri; & eorum qui eas profitentur, peculia-
rem curam haberi: & ne in his professores ido-
nei desint, illorum Seminaria & instruet &
conseruabit.

*Linguarum
studium.*

*P. 4. c. 6. §. 5.
& lit. D.
c. 13. §. 4.*

51 Aliarum linguarum studium valdè
commendatum habeat: Hebraicè verò iis tan-
tùm concedat, qui in Theologiæ facultate
mediocriter eruditi iam sint, aut certè tam
humiles, vt sperandum meritò sit, hoc stu-
dium sine illorum detrimento vtile valdè fu-
turum.

52 Designet aliquos, qui & probata virtutis in primis sint, & ingenio polleant, ut ab solutis studiis Philosophiæ & Theologiæ, ad ea repetenda priuatum & quietum studium habeant; & positiuæ, ac sacre Scripturæ se dedant: quo etiam tempore in disputationibus publicis rationem suorum studiorum reddat, ut eas facultates priuatim vel publicè ad suam, vel aliorum vtilitatem profiteri possint. Iis etiam, qui concionandi talentum habent, duo itidem, vel vnus saltem annus concedatur, ut priuato studio sacre Scripturæ, legendisq; Patribus, ac sanctæ meditationi vacent.

Quales ad studia repetenda designandi.

P. 4. c. 6. §.

14. 16. 17.

& c. 15. §. 3.

Ibid. c. 6.

§. 18.

Ex instruct.

2. 6. Congr.

53 Diligenter studeat, ut Præceptores Philosophiæ, cum magno delectu eos Aristotelis interpretes legant, qui contra Christiana dogmata impiè scripserunt; & ita Philosophiam interpretentur, ut Theologiæ scholasticæ, quam nobis commendant Constitutiones, subseruire faciant.

Quinam

Philosophia interpretes.

Can. 8.

Congr. 3.

54 Cùm opinionum nouitas vel diuersitas, non modò finem ipsum quem Societas ad Dei gloriam propositum habet, impedire possit; sed etiam ipsum Societatis statum maximè labefactare; necesse est ingeniorum licentiam in opinionibus vel introducendis vel sectandis, omnibus modis certâ aliquâ lege coercere. Quare diligentissimè curent Provinciales, iuxta mentem Constitutionum, ea exactè ab omnibus nostris, & præcipuè à professori-

Opinionum nouitas, & diuersitas coercenda.

P. 3. c. 1. §. 18.

& lit. O. &

P. 4. c. 5. §. 4r.

& p. 8. c. 1.

§. 8. lit. K.

fessoribus obseruari, quæ in ratione studiorum præcipiuntur.

Propensi ad aliquam facultatem in eâ exerceantur.

P. 4 c. 5. lit. C.

Qui casibus studebunt.

P. 4. c. 5. lit. D. & c. 13.

§. 4. & lit. E.

& Can. 17.

Congreg. 2.

55 Curet, vt ij qui propensum animum habent ad aliquam facultatem, in quâ possunt insignes euadere, in eâ diutiùs versentur; habitâ tamen spiritualis profectus ratione, & de talibus Generalem admoneat.

56 Qui propter ætatem prouectiorem, aut alias causas, in facultatibus & Scholasticis studiis progressum facere non possunt, curabit, ne in illis tempus insument, sed casibus conscientiæ discendis dent operam: sint quæ semper aliqui ex nostris, qui huic studio diligenter incumbant, vt Societas copiam habere possit operariorum, qui confessionibus audiendis sint idonei.

Sit Domi qui casibus conscientia satisfaciatur.

57 In singulis Domibus & Collegiis aliquem constituat, qui in casibus conscientiæ benè versatus sit, vt difficultatibus Domi & foris occurrentibus satisfacere possit.

Comædiæ, & Tragediæ rarissimè permittantur.

58 Comædias & Tragedias rarissimè agi permittat, & non nisi Latinas ac decentes, & priùs aut ipse eas examinet, aut aliis examinandas committat: eas verò, atque alias id genus actiones, in Ecclesiâ fieri omnino prohibeat.

Generalis de talentis admonendus.

P. 4. c. 9. §. 3.

Translatio libri in aliâ linguam ne fiat sine ueniâ.

59 Sub finem studiorum Generalem de vniuscuiusque talento admoneat, & quantum singuli profecerint, ei referat.

60 Curet vt nullus ex nostris librum aliquem ex vnâ in alteram linguam transferat,

aut

aut imprimat, absque Præpositi Generalis facultate.

*De promouendis ad ordines, &
gradus litterarios.*

C A P V T VII.

61 **P**O T E S T per se vel per alios præsentare Quos ad ordines præsentabit.
ex nostris eos, quos idoneos iuxta instructionem à Generali traditam censuerit, ad ordines Ecclesiasticos recipiendos.

62 **Q**uamuis in actibus scholasticorum Nullus promouendus ad gradum litterarium in seculo Generali.
cōmunibus exercendi sunt nostri, iuxta Constitutiones; nullus tamen ad Philosophiæ, vel Theologiæ gradus, etiam si idoneus sit, promoueatur sine Præpositi Generalis facultate.

P. 4. c. 6. §. 10. & 17. & c. 15. §. 3.

63 **C**ū nostri de Generalis facultate in Vniuersitatibus Societatis promouendi sunt ad gradus litterarios, si quâ in re necessariâ ad promotionem erit dispensandum (quod rarissimè faciendum est, ne huiusmodi gradus veniant in contemptum) vbi id fecerit, tam de personâ, quàm de causâ dispensandi admo- De dispensatione ad eam rem monendus Generali.
neat Generalem.

64 **E**t si Doctoratus & Magisterij gradus Nomine Doctoris vel Magistris non utantur.
iuxta Constitutiones prædicto modo nostri accipere possunt, nomine tamen Doctoris vel Magistri, ratione gradus, inter se non vtantur.

De

De promouendis in Professos, & Coadiutores formatos, ac scholares.

CAPVT VIII.

Qui ad vota simplicia admittendi.

65 P O T E S T admittere post biennium ad vota simplicia scholasticorum approbatorum, & Coadiutorum non formatorum, quos in Domino idoneos iudicauerit, iuxta Regulas & Constitutiones.

Quomodo ea vota post biennium emittenda.

In Exam. c. 4. §. 41. & 27.
In Exam. c. 1. §. 11.

66 Curet autem, vt quamprimùm aliquis biennium Nouitiatus expleuerit (nisi iustâ de causâ differendus videretur) peractis iis, quæ in Examine habentur, hæc vota in Sacro, antequàm communicet, emittat coram aliquibus domesticis tantùm, non tamen inter eos, qui tunc fortè vota renouarent, etiam si ea priùs ex deuotione edidisset.

Indifferentes ad gradum applicandi.

Can. 2. Cõg. 4. in Exam. c. 4. §. 6. & p. 5. c. 1. §. 3. & c. 1. §. 1. P. 5. c. 2. & p. 4. c. 9. §. 3.

Tertia Probatio scholasticorum.

67 Si quos vt Indifferentes admiseric (quod rarò fieri debet) potest eos applicare ad gradum Coadiutorum, vel scholasticorum, sicut magis in Domino conuenire iudicabit. In hac verò classe Indifferentium vltra tempus biennij probationis nemo maneat,

68 Scholastici simul atque Superiorum arbitrio studia absoluerint, tertium probationis annum in Domibus probationum peragent:

gant : quod si commodè fieri non possit , in
Domibus Professorum vel in Collegiis proba-
rari eos faciat iuxta regulas nouitatus.

69 Finità visitatione consideret , qui sunt idonei in suâ Prouinciâ , vt in Coadiutores formatos spirituales vel temporales , aut in Professos, iuxta Constitutiones & instructionem à Generali traditam admitti possint , & secundùm eandem accuratè Generalem informari curet.

*De promo-
uendis ad
gradus So-
cietatis.*

70 Antequàm admittat eos, qui cum Generalis facultate professionem vel vota Coadiutorum formatorum emissuri sunt, ea seruari curet, quæ ab ipsis erunt facienda; eiusmodi sunt dispositio bonorum temporalium, si quæ adhuc habuerint; exercitia spiritualia, confessio generalis, & alia quæ in Constitutionibus & Decretis Congregationum dicuntur; in professione etiam, & iis votis emitendis seruentur, & vt publicè fiant, & in ceteris omnibus, quæ Constitutiones præscribunt.

*Seruanda
antequam
admittantur
ad gradus.*

In Ex. c. 1.
§. 8. & c. 4.
§. 2. & 27.
§. 8. 41. & c. 6.
§. 8. & p. 5. &
6. c. 2. §. 12. &
Can. 3.
Cong. 2.
P. 6. c. 2. §. 1.
& p. 10. §. 6.
P. 5. c. 3. §. 2.
& c. 4. §. 1.

71 Qui professionem fecerint, etiam trium votorum, emittant vota illa simplicia, quæ post professionem emittenda sunt, id quæ iuxta formulam primæ Congregationis, vt à tertiâ recognita est: & doctrinam Christianam tam ipsi, quàm Coadiutores formati spirituales per quadraginta dies intra annum doceant.

*Vota simpli-
cia post pro-
fessionem
emittenda.*

In 1. Cong.
tit. 6. dec. 23.
& in 3. Cong.
reg. dec. 70
& Can. 20.
Congr. 2.

D

72 Ha-

*Notentur
vota solem-
nia emitten-
ter.*

P.5. c.3. & 4.

72 Habeat librum, in quo eorum nomina scribantur, qui vota solemnia vel simplicia post biennium in Domibus vel Collegiis suæ Prouinciæ emittunt, iuxta ordinem Præpositis Domorum & Rectoribus traditum.

*Quenam
subscripta
ad Generali
mittenda.*

73 Cùm aliqui professionem vel vota Coadiutorum formatorum fecerint, exempla huiusmodi votorum, & aliorum quinque, quæ professi post emissam professionem faciunt, nomine ipsorum subscripta, ad Generalem quamprimùm transmittat.

*Qui in Do-
mibus pro-
fessis com-
morabuntur.*

P.6. c.2. §.3.

& 4.

74 Constituat iuxta Constitutiones, vt Professi & Coadiutores spirituales formati suæ Prouinciæ in Domibus Professis, quantum fieri potest, commorentur.

De rebus Collegiorum & Domorum.

C A P V T I X.

*Ædificia
curabit.*

Can.11.

Congr.1.

*Can.9. Con-
greg.2.*

75 **A**EDIFICIA conseruari, & si opus erit, instaurari curet: quòd si quæ ædificanda maioris momenti fuerint, vt esset templum, dormitorium, vel aliquid huiusmodi, nisi approbante Generali non fiant, ad quem pertinet formam & modum nostrorum ædificiorum præscribere.

*Reditus, bo-
na stabilia,
& donatio-
nes.*

76 Reditus & reliqua stabilia conseruari curet,

curet, & an crescant vel minuantur, intelligat: si quis autem huiusmodi bona augere vellet vel aliquid donare, poterit id admittere: si tamen conditiones aliqua exigerentur, non nisi approbante Generali vllam admitrat: & eodem modo, quæ dantur Domui professæ accipere, & si quid stabile donatum fuerit etiam vendere poterit: si tamen Domui necessarium pretium non esset, & trecentorum ducatorum valorem excederet, consulat Generalem, vt de eo iuxta ipsius præscriptum disponat.

77 Cum lites, pro rebus præsertim temporalibus, diligenter nostris fugienda sint; nõ intendat quisquam è nostris omnino litem aliquam absque consensu Generalis, aut eius, cui expressè suas vices ad hanc rem ille commiserit; nisi in re a deò necessariâ, vt eius responsum expectari nequeat, de quo tamen postea ipsum admoneat. Quocircâ nitatur Prouincialis primum rem compromissione componere. Nostris autem si lis intendatur, curandum etiam diligenter, nisi de iure nostro manifestè constaret, vt aliquâ transactione vel concordia res tota componatur: id si commodè fieri non valet, poterunt in iudicio se defendere, cum Prouincialis potestatem habeat conseruandi & defendendi res Collegiorum, etiam in iudicio, cum facultate alios substituendi, si id necessarium vel conueniens aliquando fuerit.

78 Intelligat, an exempla authentica con-

Lites de
tande.
Can. 26.
Congr. 2.

P. 4. c. 2. lit.
C.

Exempla
authentica
contractuum
ad Generalem
mittat.

D 2

tractuum

In 1. Cong.
tit. 6. dec. 24.

tractuum maioris momenti, præsertim rerum perpetuarum, ad Archiuium quod est in Vrbe penes Præpositum Generalem, missa sint, alioqui mittenda curabit.

Computa Collegiorum exigat.

79 Videat computa inter Superiorem & Procuratorem transacta, rationem que exigat accepti & expensi, & resolutionem vltimi sui computi summam scribi faciat, quam ipse subscribet in libro designato: in hoc autem scripto simul constet tam de summâ accepti & expensi ab vltimâ visitatione, quam de eo quod residuum fuerit, vel etiam si quid debiti maneat.

Visitet bona stabilia.

80 Visitet bona stabilia extra Domum, quæ sine magno incommodo visitari possint, vt videat, num quâ instauracione vel culturâ egeant, & quid ad eorum conseruationem opus sit.

Oblatas fundaciones ad Generalem referat.

P. 4. c. 2. §. 1.
& p. 9. c. 3.
§. 17.

81 Si Domus vel Collegia cum commodâ fundacione offerretur, expendat, quid ad commune bonum ex iis speretur, & an aliquæ conditiones exigantur, & an locus sit salubris, & omnia ad Generalem referat, nihil interim certi promittendo.

Æs alieni visitet.

Can. 12.
Congr. 2.

82 Magnum æs alienum Collegia vel Domos conflare non sinat, si soluendo fore probabiliter non speret, habitâ ratione redituum, & eleemosynarum, quæ ordinariè dari solent: nec in iis plures habitare permittat, quàm ali possint.

83 Quan-

83 Quando contribuendum erit ad sumptus communes Prouinciæ, statuat ipse quid cuique Collegio vel Domui, seruatâ proportionē debitâ, imponi debeat.

*Contributio-
nes ad sum-
ptus commu-
nes statuat.
P. 4. c. 2. lit.
E.*

84 In vestitus ratione tria obseruari faciat; Primum, vt honestus ille sit: Alterum, vt ad vsum communem & approbatum honestorum Sacerdotum eius loci, in quo viuitur, accommodatus: Tertium, vt professioni paupertatis non repugnet.

*Obseruanda
circa vesti-
tum.
P. 6. c. 2. §. 15*

85 Habitationem, officinas, vestes, & reliquam supellestem, omnia denique diligenter inspiciat; nec necessaria deesse, aut superflua expendi permittat; & rerum mobilium inuentarium conferri faciat cum inuentario in præcedenti visitatione à Visitatore vel Prouinciali subscripto. Obseruet etiam, quæ teneatur œconomix ratio.

*Res domesti-
ca inspicien-
de.*

*De iis qui bonis suis nondum se
abdicarunt.*

C A P V T X.

86 **N**ON permittat nostros abdicare se possessione bonorum suorum, nisi quos constantes & stabiles in suâ vocatione cognouerit, atque in eâ re maturo semper consilio procedat.

*Quos per-
mittere abdi-
care se pos-
sessione bono-
rum.*

D 3

87 Non

*Pactiones cū
parentibus
quomodo
permittat.
Can. 4.
Congreg. 3.*

87 Non sinat pactiones inire nostros cum parentibus suis, & quibuscumque aliis de legitimâ parte, & aliis bonis ad se pertinentibus, nisi illi prius admoneantur, Societatem ipsam ad ea bona nullum ius habere, & Generalis de totâ re prius informetur.

*De disposi-
tione nostro-
rum in
auxilium
Societatis.
Can. 3.
Congr. 2. &
Can. 3.
Cong. 3.*

88 Cùm quis ex nostris est dispositurus de bonis suis in auxilium Societatis, admoneatur Generalis de eorum valore, & de animo relinquentis, & necessitate etiam Domorum & Collegiorum Prouinciæ, si in eâ huiusmodi bona sint.

*Quid, cum
bona appli-
cabantur
Societati.*

89 Si aliqua bona applicabuntur Societati cum facultate Generalis, magnoperè curet Prouincialis, vt cum ædificatione & caritate, & non cum rigore exigantur, potiusque per Procuratores externos, quàm per nostros: expediet quoque, vt ex his eleemosynæ aliquæ in pauperes eius oppidi, vbi sunt bona, distribuuntur: & ratio dati & accepti talium bonorum scripto constet, vt ipse, aut Superior illius Domus vel Collegij, cui applicata fuerunt, eam reddere possit ei qui à Generali fuerit designatus.

*Nostri ne pe-
zant à pa-
rentibus, &c.
In Exam. c.
4. h. 4. & p.
4. c. 4. lit. E.*

90 Non ferat nostros quidquam petere à parentibus, cognatis, vel amicis: sed omnia eis necessaria à Societate prouideantur: intelligatque etiam si quibusdâ ad tēpus proprietates bonorum temporalium permittitur, vsum tamen eorū ad propriâ utilitatē nulli esse cōcedendū.

De

De modo, quo cum Generali & aliis
Prouincijs ac externis se habere de-
beat.

C A P V T X I.

91 **O**BEDIENTEM, reuerentem, ac fidelem Quomodo se
gerat erga
Generalem. se Præposito Generali exhibeat, & hac
re subditis in primis exemplum præbeat: idque
potissimum curet, vt omnes de suis Superiori-
bus benè sentiant, eisque peculiari deuotione
afficiantur.

92 Perspecta Generali esse cupiat omnia, Quomodo
res sua Pro-
uincia Ge-
nerali mani-
festari curet. quæ ad suam Prouinciam pertinent, eaque per
se, & Superiores Domorum & Collegiorum,
& Consultores suæ Prouinciæ, iuxta formu-
lam scribendi, manifestari diligenter curet.

93 Cogitet de communi bono Societatis, Congregatio-
nes Prouin-
ciales. illudque iuuet: Congregationes Prouinciales
suo tempore iuxta formulam traditam cogat:
si quid annotauerit circa Decreta & Consti-
tutiones, vel quid aliud, quod Congregatio-
nem Generalem exposcat, Præposito Genera-
li scribat, vel Procuratori tertio quoque anno
ad eundem venturo tradat.

94 Si occasio se obtulerit iuuandi alias Occasio iu-
uandi alias
Prouincias. Prouincias, non desit caritatis officio, & litte-
rarum

rarum communicatione, iuxta formulam scribendi, mutuam concordiam & caritatem foueat.

*Beneuolus
conseruet,
aduersarios
reconciliet.
P. 10. §. 11. &
lit. B.*

95 Beneuolos & deuotos conseruet, curetque vt benefactoribus se gratos nostri exhibeant: si qui autem aduersantur Societati, studeat vt meliùs informati reconcilientur.

*Eleemosyna
pro externis
prescribenda.*

96 Quæ eleemosynæ externis pauperibus, siue ordinariæ siue extraordinariæ, dari debeant, ipse Superioribus prescribet, auditis Consultoribus, pro Collegij vel Domus facultate. Vbi verò habentur bona Ecclesiastica, eleemosynas aliquas fieri prouidebit, in locis præcipuè, vbi huiusmodi reditus percipiuntur.

*De communi ratione iuuandi
proximos.*

CAPVT XII.

*Intelligat
qui ex nostris
se communi-
care debeant
externis.
P. 4. c. 10. §.
10. & c. 6.
§. 3. lit. C.
Can. 27.
Congr. 2.*

97 INTELLIGAT, præsertim sub finem studiorum, qui ex nostris, & quousque, quibusque rationibus, Domi & foris, externis se communicare debeant: quod tamen non nisi probatis, & in vocatione stabilibus, discretis, & benè instructis,

ctis, quiq̄ue alios ædificare possint, concedendum erit.

98 Consideret, num Missæ celebrentur & sacramenta alia ministrentur, iuxta vsus Romanæ Ecclesiæ: concionandi etiam, & doctrinæ Christianæ docendæ modum obseruet: curetq̄ue, vt in his omnibus nostri vniformes sint, & vt finem, quem Societas intendit, assequantur. Præcipuè verò circa concionatores inuigilet; vt si quis ex iis ad suas se regulas fortè non accommodauerit, à concionandi munere amoueat, & in aliis Societatis nostræ ministeriis occupetur.

Missæ & Sacramentorum ritus. P. 4. c. 8. §. 2. p. 10. §. 9.

99 Videat, num in Domibus & Collegiis Concionatores, & Confessarij ad sua munera idonei sint, & statuatur pro ratione instituti, & loci, quàm frequenter Domi vel foris concionandum, vel publicè legendum sit, vel doctrina Christiana tradenda: & tempore pestis aliqui ab eo designentur, qui separati ab aliis, proximis iuuandis vacent.

Confessarij & Concionatores idonei. Can. 27. Congr. 2.

Statuatur quò pestis infectis assistant.

100 Det operam, vt Confessarij maturi sint ætate quantum fieri potest, ac multò magis spiritu & moribus, præsertim qui ad confessiones mulierum audiendas mittuntur. Curetq̄ue vt nostri gratiis & priuilegiis Apostolicis prudenter & moderatè vtantur.

Quales Confessarij. Dec. 93. §. 11. Congr. 7. P. 10. §. 12.

101 In iis locis, in quibus simul Domus Professorum & Collegium fuerint, Societatis ministeria in Domo exercenda curabit: in

Quid cum simul fuerint Domus Professorum, & Collegium.

D 5

Col-

P. 4. c. 8. &
P. 7. c. 4. Collegiis verò ea quæ ad studia litterarum, & auxilium spirituale scholasticorum pertinent, tractanda sunt.

Ornatus in
festis. 102 Efficiet, vt in festis, quæ à nostris præcipuè celebrari solent, ornatus nostrarum Ecclesiarum sit moderatus ac religiosus, & quoad fieri potest, sine nimiâ distractione nostrorum, & molestiâ externorum.

Externorum
Confraterni-
tates. 103 Non permittat, vt cum Congregatio-
nibus externorum, quæ Confraternitates di-
cuntur, nostri misceantur, nec in Domibus vel
P. 7. c. 4. lit.
G. Collegiis vlli earum conuentus agantur, nisi
qui ad finem earundem Domorum & Colle-
giorum in diuino obsequio fient.

Iudicium de
admittendis
externis ad
ordines. 104 Si examinandi ministerium ab ordi-
nario iniunctum effugere nostri nullâ ratione
possint, quamuis de doctrinæ sufficientiâ iu-
dicium ferre valeant, illud tamen retineant, ne
de admittendis vel non admittendis ferant,
Cong. 2. &
Can. 7.
Congr. 4. sed illud omnino Prælati relinquantur.

De

De missionibus & mutationibus
nostrorum.

CAPVT XIII.

105 **P**ROVINCIALIS non abeat à suâ *Quâ facultate alio proficisci quis possit.*
Prouinciâ sine Generalis, nec Præpositus aut Rector à suâ Domo vel Collegio absque Prouincialis facultate, nisi locus esset vicinus, aut sine graui incommodo Superioris responsum expectari non posset. Reliquorum verò mutationes intra Prouinciam Prouincialis ipse ne faciat sine causâ alicuius momenti. *Can. 32. Congr. 2.*

106 In mittendis operariis per Prouinciam extra Domos & Collegia, vt in vineâ Dominilaborent, obseruet, quæ in Constitutionibus & regulis Missionum dicuntur: videat tamen, ne Domus & Collegia necessariis ministris destituantur. *Observanda circa missiones. P. 7. c. 1. §. 5. & c. 2. §. 2. can. 27. Congr. 2.*

107 Quocumque mittat aliquem, eum per se vel alium plenè instruat, & ordinariè in scriptis, tam de modo procedendi quàm de mediis, quibus eum vti velit ad finem, quem in animo habet. *Missi instruendi. P. 7. c. 1. §. 5.*

108 Per crebram litterarum communicationem, iuxta formulam scribendi, totius successus certior factus, ex eo loco vbi ipse commoratur, *Quomodo adiuuandi. P. 7. c. 2. §. 2.*

moratur, consilio & orationibus, & aliis rationibus eum iuuabit, vt persona & negotium postulauerit.

Maturiores mittendi.
P. 8. c. 1. §. 4.
Cui subiiciendū.

109 Optimi quique, & maturiores ad proximios iuuandos, quantum commodè fieri poterit, mittantur: & si ei videbitur expedire, alii cui Superiori vicinioris Domus vel Collegij subiiciantur.

Quomodo reuocandi.
Part. 7. c. 2.
lit. H.

110 Cùm mutari aliquem oportebit, animaduertat, vt ad eum reuocandum, quoad fieri poterit, iis medijs vtatur, vt ij, à quibus euocatur, potiùs beneuoli omnino maneant, quàm offensi vel malè affecti.

Quid si inuoluntate occurrunt.
In Bul. 3.
Paul. III.

111 Si missum à Superiore vel à Summo Pontifice, minùs vtiliter occupari videret, Generalem admoneat.

De missionibus & transmutationibus extra Prouinciam.

112 Extra Prouinciam suam neminem mittat, nec etiam ad laborandum in vineâ Domini, nisi negotij alicuius, aut peregrinationis causâ, aut nisi ei constaret de Generalis voluntate, vel cōueniret cum Prouinciali illius Prouinciæ, ad quam mittere aliquem ad tempus voluerit: ad prouincias tamen extra Europam, & inter ipsasmet hæc transmutationes sine facultate Generalis ne fiant.

Cognita morte Generalis, non mittendi extra Prouinciam qui ius suffragij habent.

113 Post cognitam Generalis mortem Prouincialis neminem ex iis qui ius suffragij habent, ex suâ prouinciâ in aliam mittat ante congregationem Prouincialem, nisi causa sit adeò vrgens, vt ipse & maior pars Consul-
torum

torum ipsius existimet esse mittendum.

114 Cùm peregrè erit nostris proficiscendum, aliquem, cui maximè confidat, præficiet, cui toto itineris tempore ceteri tamquam Superiori in omnibus obediant. *Superior in itinere.*

115 Ad retinendam religiosam disciplinam & paupertatis rationem, det operam, vt nostri in profectioibus, quos ipsorum Superiores id præstare posse iudicauerint, in toto vel in parte pedestri itinere vtantur; & in equitando solius necessitatis, siue personæ, siue negotiorum ratio habeatur. *Quomodo iter faciendum. Can. 12. Cong. 3.*

116 Expensas itinerum soluere eius erit Prouinciæ, aut Collegij, aut Domus, in cuius bonū & utilitatem cedit profectio: quòd si in eâ re dubium esset, arbitrio ipsius, auditis Cōsultoribus, statuendum relinquitur: si aliquando tamen inter aliquos Prouinciales non conueniret, recurrant ad Generalem. *Itinerum expensa. Can. 10. Congr. 2.*

117 Quando quis ab vno loco ad alium transfertur, Superior, ad quem talis mittitur, informandus est, quantum ad cognoscendum & iuuandum eum sit satis. Neminem autem ex vno in alium locum ire permittat sine litteris parentibus. Qui verò in aliquo Collegio aut Domo malè se gerit, non mittatur, si fieri potest, ad aliud, nisi iuuetur vbi deliquit. *Superior informandus, quando ex vno loco ad alium quis transfertur. Dec r. 93. Congr. 7. §. 2.*

De

De *visitatione.*

CAPVT XIV.

Singulis annis Prouincia visitanda.

Can. 29.
Congr. 1. &
P. 8. c. 1. lit. I.

Quando per alium visitabit.

Quid cùm ad locum visitandum peruenerit.

Visitatio inchoanda à Templo.

118 **S**INGVLIS annis per se ipsum singula loca suæ Prouinciæ visitet, cùm hoc sit valdè proprium sui officij; & ibi diutius immoretur, vbi magis erit opus, præsertim in loco ad communicationem cum inferioribus & Generali Præposito magis commodo.

119 Si quando ob causas grauiores visitare omnia loca suæ Prouinciæ ipse non possit, re cum suis Consultoribus collatâ, ad ea, quæ non potest, sibi alium substituat. Quamuis omnino curandum sit, vt Domos Probationis & scholasticorum Seminaria peculiari curâ, & per se, visitet.

120 Cùm ad Domum vel Collegium aliquod peruenerit, Superiorem interroget, num aliquid urgeat, cui statim necessariò sit remedium adhibendum: & Visitaciones præteritas petat. Deinde omnes simul benignè alloquatur, eosque ad renouationem in spiritu, & studium perfectionis hortetur.

121 Incipiat Visitationem à Templo, cuius ostio clauso, videat quomodò custodiatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum: mox visitet

uifitet facrum infirmorum oleum , & Sancto-
rum reliquias, ex quibus nihil vllâ ratione au-
feratur; altaria, fedesque Confessariorum, at-
que alia, quæ tam in Templo quàm in Sacri-
ftiâ ad diuinum cultum pertinent.

122 Postea ad uifitationem personarum Tum perso-
narum. accedat, & curet, vt omnibus beneuolum se
exhibeat, ne alicuius mentem subeat suspicio,
quòd ob sinistras aliquas informationes mi-
nùs hilarem vultum ipsis ostendat.

123 Petat à Superiore, & consequenter à Informatio
de statu Col-
legij vel Do-
mus, & Su-
periore. Consultoribus, & ab aliquibus Patribus anti-
quioribus, vel præcipuis officialibus, vt ea quæ
sciunt alicuius momenti de statu Collegij vel
Domus, aut de personis referant: quòd si iudi-
cauerit expedire, iubere poterit, vt informa-
tiones huiusmodi, vel partem earum, breuiter
scribant, & sibi tradant: scripta autem, quæ se-
cretum continent, clausa ipse diligentissimè
seruet, caueatque ne minimo quidem indicio
eos, qui sibi aliquid referunt, prodant.

124 Huiusmodi informationibus acceptis Tum de sin-
gulis perso-
nis. & consideratis, percurrat cum Superiore ca-
talogum personarum Domus vel Collegij,
breuemque de singulis ab eo capiat informa-
tionem.

125 Deinde vocet sigillatim omnes eo or-
dine, qui ei magis conuenire videbitur, & sin-
gulos seorsum iuxta instructionem sequenti
capite positam memorièr potiùs, quàm ex
scripto

scripto interroget, & quæ aduertenda iudica-
uerit, sibi memoriæ causâ scribat. Quid verò
à quoque interrogandum sit, illius prudentiæ
relinquitur.

*Ad verita-
tem hoſtan-
di.*

126 Horretur omnes ad veritatem sincerè
dicendam, ne ipsis impuretur, si morbi pro-
pter eorum silentium incogniti & latentes cu-
rari non possint: admoneatque teneri eos
seruare sub secreto, quidquid cum eo quod
secretum requirit, transfegerint, licet à quo-
uis alio, qui ipso sit inferior, de eâ re interro-
gentur.

*Non facilè
credat, quæ
contra alios,
præſertim
Superiores.*

127 Non facilè credat, si quæ forsan con-
tra alios, præſertim Superiores, dicentur: sed
ea notet & expendat, vt veritatem assequa-
tur. Caueatque ne dum subditos consola-
ri studet, illi debiliores in obedientiâ & reue-
rentiâ erga suos immediatos Superiores red-
dantur.

*Dissenſionis
auctor.
P. S. c. l. §. 5.*

128 Si quis diuisionis, aut dissenſionis eo-
rum, qui vnâ viuunt, inter se vel cum suo capite
auctor esse inueniretur, diligentissimè ab eâ
Congregatione, velut pestis quæ eam potest
inſicere, si præſens remedium non adhibeatur,
separandus est.

*Examinãda
Regula offi-
cialium.*

129 Visitatio rerum, aut partium, iuxta
ea quæ in præcedentibus regulis, præſertim
in nono capite huius officij dicta sunt, fieri de-
bet; in quâ simul examinandæ sunt regulæ of-
ficialium, qui eiusmodi rerum curam habent:

ſi

si quid autem non solùm informationem, sed inspectionem requirat, ipse per se aut socium id præstabit.

130 Summarium Constitutionum & Regulas Communes coram Superiore, Consultoribus, & Ministro examinabit: & si quas non obseruari intellexerit, consideratis causis remedia adhibebit, vt obseruari possint. Regulas autem Ministri, Consultorum, & Admonitoris, Concionatorum, & Sacerdotum, item que præcipuorum officialium ipse per se cum ipsismet examinabit: reliquas verò aliorum officialium poterit socio, aut alteri coram singulis eorum examinandas committere.

Qua Regula, & cum quibus.

131 Prouincialis integram rationem totius anteaactæ vitæ, iuxta Constitutiones ab iis exigat, qui Societatem ingrediuntur: & ab eo tempore, quo ad studia missi sunt ab iis, qui illis absolutis ad tertium probationis annum peragendum mittuntur. Quòd si id aliquando per se præstare non poterit, substituatur ad id ordinariè Superiorem Domus vel Collegij. Singulis verò annis in quacumque Domo vel Collegio suæ Prouinciæ, absolutâ rerum domesticarum visitatione, aut in ipso visitationis decursu (si id opportunius in aliquibus fore iudicaret) rationem conscientiæ ab omnibus accipiat ab vltimâ, quam reddiderunt, iuxta modum inferiùs præscriptum. Quòd si visitatio circa renouationem voto-

Conscientia rationem à quibus, & quando exigat. In Exam. c. 4. §. 36. & 39.

E rum

*Quando re-
nouatio Vo-
torum pra-
mitti aut
differri pos-
sit.*

rum inciderit (quam extra statutum tempus ratione sui aduentus in Domum aliquam vel Collegium, præsertim magnum, per vnum aut alterum mensẽ præmittere aut differre poterit) ipse ad excipiendas confessiones generales nostrorum, aliquos Patres probatos & maturiores designabit ; eosque , qui sibi confiteri volent, benignè audiet.

*Superior,
postremus
omnium vi-
sitandus.*

132 Postremum omnium visitet Superiorem Domus vel Collegij, circa ea quæ ad personam & officium eius attinent, iuxta officij eius regulas, & ea quæ ex acceptis informationibus collegerit.

*Recognoscẽ-
da post visi-
tationem ab-
solutam.*

133 Visitatione cuiusque Domus vel Collegij absolutâ , & rebus omnibus perspectis, vt laboris sui fructum capiat, denuò omnia, quæ accepit in visitatione, consideret, & ea quæ maioris momenti sunt, diligentius expendat ; quid item clarum, quidque tantum probabile videatur, & de quibus Generalis consulendus est, & quæ cum solo Superiore Domus vel Collegij, quæ etiam cum Consultoribus, & quæ cum aliis particularibus sint transigenda, diligenter discernat.

*Ordinanda
ad gubernationem
spe-
ctantia ; ex-
pendenda,
Deoq; com-
mendanda.*

134 Quæ ad gubernationem spectantia ipsi ordinanda videbuntur, hæc vel illa iis etiam expendenda tradat, quos de vnaquaque re melius iudicare posse cõfidat. Et antequàm vltimam executionis manum rebus imponat, omnia in orationibus, & Missarum sacrificiis

Deo

Deo commendet, vt iuxta ipsius Diuinum beneplacitum dirigantur.

135 Postquam autem apud se omnia constituerit, ex præteritæ visitationis memoriali, vbi rerum quæ temporariæ sunt, ordinationes scribuntur, eas quæ executioni mandatæ fuerint, expungat. In libro verò in quo non nisi maioris momenti ordinationes scribendæ erunt, ipse ea tantùm scribet, suâque manu subscribet, quæ cum Generali communicauerit, & ab ipso fuerint approbata.

Quanam expungenda ex præteritâ visitatione.

Instructio de iis quæ in visitatione interroganda sunt.

CAPVT XV.

Quæ ad gubernationem pertinent à Superioribus, & Consultoribus, & aliis, quibus videbitur, petenda.

INTERROGET, si quid grauius in eâ Domovcl Collegio accidisse extra confessionem intellexerit, & quod remedium sit adhibiturum.

Quanam, & à quibus de gubernatione interroganda.

E 2

2 Quo-

2 Quomodo seruentur regulæ , quæ ad Nouitios pertinent.

3 An aliqui, præsertim pueri, aut mulieres, ad vota emittenda inducantur, vel ad consilia alia obseruanda indiscretè trahantur.

4 An aliquis Domi nimis affectus videatur ad consanguineos, vel ad eorum subuentionem teneatur.

5 De numero & sufficientiâ Confessoriorum, & de frequentiâ & fructu confitentium.

6 Quomodo litterarum studia vigeant, & quàm exactè seruentur, quæ de opinionum nouitate & diuersitate statuta sunt. Et an aliqui videantur finitis iam studiis educendi è Collegiis.

7 An infirmi, hospitalia, carceres, & triremes (vbi essent) visitentur & adiuuentur à nostris.

8 Ex quibus operibus piis iuxta nostrum institutum, maior fructus percipiatur.

9 De curâ in tradendis spiritualibus exercitiis, & quàm exactè illa fiant. Et de vigilantia in puerorum ac rudium in doctrinâ Christianâ institutione.

10 De modo conuersandi iuxta rationem & finem nostri instituti.

11 De missionibus & earum fructu, & modo procedendi eorum qui mittuntur.

12 An aliqui prætextu valetudinis iuuantur, à spiritus perfectione degenerent, & à laboribus

boribus nostri instituti abhorreant, atque ad otium aspirent.

13 An erga nostros infirmos, & hospites debita Societatis caritas & cura exerceatur.

14 An aliqua ambitionis & proprietatis indicia in aliquo appareant.

15 Quæ eleemosynæ externis pauperibus dentur.

Quæ ab omnibus peti possunt.

16 **Q**UOMODO valeat corpore & viribus, & quomodo ei conueniat ratio victus, vestitus, cubiculi, & exercitationis corporalis, quâ vitur. Quæ ab omnibus.

17 Si quid dubitationis aut difficultatis, si quid etiam ad suam consolationem, instructionem, aut profectum fore putat, confidenter proponat.

18 Quod ad alios attinet, interrogetur quomodo tractetur à Superioribus, & quid sentiat de illis, tam de personis, quàm de officiis eorum.

19 An aliquis Superior impedierit libertatem subditorum scribendi ad Superiores mediatos, aut quouis modo significauerit sibi non placere, vt nostri de ipso, aut eius gubernatione, ad eosdem scribant.

20 An nouerit extra confessionem aliquid de quauis personâ , quod non ei probetur , vt de inobedientiâ , murmuratione , conspirationibus , præsertim contra Superiores , & si quid parum honestum & incautum in familiaritate nimiâ cum aliquâ personâ accidisset , vel contra de dissensione .

21 Quomodò seruentur Domi Constitutiones , Decreta , Regulæ , communis ordo , & ordinationes , quæ à Præposito Generali , & aliis Superioribus emanant .

22 Quomodò exercentur ministeria Societatis erga externos , quod ad modum & fructum attinet .

23 Quis sit profectus nostrorum in rebus spiritualibus , & quod omnium in solidis virtutibus acquirendis studium .

24 Si de iis etiam , quæ pertinent ad alias Domos & Collegia totius Prouinciæ aliquid habet , quod alicuius momenti videatur , libere proponat .

Pro Scholasticis addatur.

Quanam d 25 **Q**UID ingenij , memoriæ , virium , & *Scholasticis.* propèssionis ad litteras in se experiatur .

26 An occupatione exteriori vel studiis remoueat vel distrahatur à rebus spiritualibus .

27 An

27 An habeat libros necessarios , & an scribat, legat, disputet.

28 De suo profectu in litteris quid sentiat.

29 An omnia experimenta Societatis fecerit, & quo fructu.

Pro iis qui in probatione versantur.

30 **A**N firmus sit in proposito viuendi & *Qua ab iis, qui in probatione.*
amoriendi in Societate.

31 An sit indifferens ad quemlibet gradum, ministeria, & exercitia Societatis, prout obedientia constituerit.

32 An Exercitia spiritualia, vel aliqua alia experimenta fecerit, & in quibus plus profecerit; & alia, si videbitur, ex Examine.

*Modus accipiendæ rationis
conscientiæ.*

QUOD in summario Constitutionum, §. *Ratio conscientia.*
40. præscribitur de manifestandâ conscientiam, id magni momenti ad Dei gloriam, & Societatis nostræ bonum, Pater noster sanctæ memoriæ I G N A T I V S existimauit: quare vt omni diligentiam & animi sinceritate seruetur, Prouinciali curandum erit. Et cum quilibet

que dixerit, quæ dicere voluerit, iuxta instructionem datam, poterit Prouincialis, si qua existimauerit amplius interroganda, id etiam facere: quamuis, quæ hominem pudore multum afficerent, ea extra confessionem interroganda non essent. Nec à singulis singula petet, sed prudenter & circumspectè pro ratione personarum. Denique eam suauitatem teneat, vt illa omnia non tamquam iudex exigere, sed vt benignus parens ob subditi consolationem cognoscere velle videatur.

R E G V L Æ

P R Æ P O S I T I

Domus Professæ.

*De iis quæ ad eius personam, & totius
Domus administrationem perti-
nent.*

C A P V T I.

*Qualis esse
debeat.
P. 4. c. 10.
§. 4.*

OMNI studio enitatur, vt talis sit, qualis optatur Rector in nostris Cõstitutionibus;

bus; atque eò magis, quòd illis præsit, quos viros spirituales, & perfectionis studiosos esse oportet.

2 Primam officij sui curam in eo positam esse intelligat, vt oratione & sanctis desideriis totam Domum velut humeris suis sustineat; & quæcumque in iis, quibus præest, ad ipsorum aliorumque ædificationem, iuxta instituti nostri rationem, optare debet, priùs in seipso præstare studeat.

*Oratione,
&c. Domũ
sustineat.
P. 4. c. 10. §. 5.*

3 Communes regulas ipse seruet, & particularia in cibo, indumentis, & aliarum rerum vsu, quantum fieri potest, vitet; & familiaritate atque indulgentiã cum quibusdam, alios ne offendat.

*Vitet parti-
cularia in
omnibus.*

4 Intra annum, postquam officium Prepositi primã vice inierit, quadraginta diebus Christianã doctrinam eo modo, quo in secundã Congregatione de Rectore expositũ est, legat aut doceat: sed ex causã per alium id minus cum facultate Prouincialis obire poterit.

*Quando
Christianam
doctrinam
docebit.
P. 4. c. 10. §.
10. & Can.
15. Cong. 2.*

5 Consuetudines receptas, & à Generali vel Prouinciali approbatas seruet, ac seruari faciat: si tamen aliqua alia à præcedenti Preposito inducta fuerit, non mutet inconsulto Prouinciali: ipse verò, nisi suo Superiore approbante, nullam introducat.

*Consuetudi-
nes approba-
te seruanda.*

*Nota non
inducenda.*

6 Eos qui domestica obeunt ministeria (exceptis quibusdam, quorum electio ad Prouincialem pertinet) prudenter constituat,

*Constituendi
qui domesti-
ca obeant
ministeria.
P. 4. c. 10. §.
5. & 6.*

E 5

suas 5. & 6.

suas cuique regulas tradat, aliquando visitet, & prout in Domino conuenire iudicabit, vel in eisdem ministeriis detineat, vel ab eis remoueat. Quia verò officia quædam, vt benè fiant, experientiam requirunt, qui ad ea idonei inueniuntur, non faciliè mutari debebunt.

Ibid. lit. E.

*Officiales
iuvandi.*
P. 4. c. 10. §. 6.

7 Vt prospicere officialibus de subsidio, si necessarium id fuerit, ne labore grauentur, debeat; ita cum tempus vacuum illis fuerit, vt illud vtiliter impendant diuino seruitio, curabit.

*Designatio
Confessarij.*
P. 3. c. 1. §. 11.

8 Etsi potestatem habet designandi Confessarios suis subditis, ordinarium tamen Confessarium Domus non constituet sine approbatione Prouincialis.

*Quando in
virtute obe-
dientiæ iu-
bendum.*
P. 6. c. 5.

9 Quamuis in virtute obedientiæ iubere possit, non nisi rarissimè, & ex graui ac vrgenti causâ id faciat.

*Quales pœ-
nitentiæ im-
ponendæ.*

10 Ordinarias tantùm pœnitentiâs imponat, quales sunt parua mensa, reprehensio, conclusio in circulo, edere sub mensâ, osculari aliorum pedes, orare in refectorio, dicere culpam suam, subtractio cibi vsque ad panem & aquam, si res postulauerit, disciplina publica in refectorio, & alia exercitia humilia, & domestica.

*Quando dis-
pensat in re-
gulis.*
P. 4. c. 10. lit. B. & p. 9. c. 3. §. 8.

11 Sicut ad Præpositum pertinet dispensare in regulis, & Constitutionibus, & Decretis Congregationum Generalium cum particularibus, quando necesse erit; sic & cum dispensa-

penfauerit in rebus maioris momenti quæ videntur vrgerè, & in quibus sine graui incommodo Prouincialis responfum expectari non potest, eum primo quoque tempore de huiusmodi dispensatione ac eius causâ admonere.

12 Nomina eorum, qui vota solemnia, vel simplicia emiserunt, in libro ad hoc parato notentur, in Professis quidem & Coadiutoribus formatis cum nominibus admittentium; in reliquis verò post biennium cum nominibus celebrantium, adnotato loco & tempore, iuxta Constitutiones.

Vota solemnia & simplicia notanda.

P. 5. c. 3. §. 4. & c. 4. §. 4.

13 Quas habeat facultates partim ex iis quæ ipsi in his regulis conceduntur, partim ex compendio facultatum Societatis intelligat, vt in iis, quas non habet, sciat ad Superiorem recurrere.

Vnde cognoscat suas facultates.

De iis quæ Prepositum ad bonam administrationem iuuabunt.

CAPVT II.

14 **S**IT sollicitus, ne Minister & reliqui officiales suo desint officio, omissis aliis quæ possent impedire.

Ne Minister, & alij suo desint officio.

P. 4. c. 10. §. 7. & p. 3. c. 6.

15 Singulis vel saltem alternis hebdomadis cum suis Consultoribus conueniat, (nisi

§. 14.

Consultationes faciendæ.

pro

pro re natâ aliquid extraordinariè esset consultandum) de quæ rebus maioris momenti, quæ pro temporum & negotiorum varietate occurrunt, cum illis agat: quamquàm iis auditis, penes ipsum erit de singulis statuendi facultas.

Admonitor, & Consultores libenter audiendi. P. 9. c. 4. §. 4. 16 Consultores, aliosque omnes, cùm ei aliquid proponunt, libenter & benignè excipiat, & præcipuè eum, cui Monitoris officium commissum est: efficiatque ut in suâ domo, quæ in formulâ scribendi præscripta sunt, seruentur.

Visitationes, & ordinationes scribende. 17 Habeat librum, in quo scribantur visitationes Domus à Generali approbatæ; in quo etiam scribantur ordinationes aliæ alicuius momenti, quæ à Generali mittuntur: & quæ perpetuæ fuerint, ab iis quæ temporariæ sunt separatim notentur: alia verò quæ Visitator, & Prouincialis præscripserint, in alio libro scribantur.

Vnde institutum Societatis cognoscat. 18 Institutum Societatis cognoscat ex lectione litterarum Apostolicarum, Constitutionum & Decretorum generalium Congregationum: magis autem particularia ex lectione regularum tam communium, quàm officij sui & aliorum, qui sub ipsius curâ sunt, ac Prouincialis, & compendij facultatum Societatis, atque ex obseruatione consuetudinum receptarum, ac demum ex recursum ad Superiorem in iis de quibus dubitabit.

19 Libel-

19 Libellum habeat, in quem referat quæcumque sibi ad bonum Domus statum subinde occurrent, ne memoriâ excidant, præcipuè illa, de quibus ad Generalem vel Prouincialem scribendum putat.

Quæ in libellum referenda.

20 Pro occurrentibus necessitatibus communibus, & priuatis, Missas & orationes suorum (moderatè tamen) iuxta consuetudinem Societatis applicare poterit.

Missas applicare potest.
P. 2. c. 3. §. 2.
& p. 7. c. 2.
lit. M. &
c. 4. §. 3. & 4.
p. 10. lit. B.

De curâ nostrorum in spiritu.

C A P V T III.

21 **C**VRET vt cuique in suo officio integram obedientiam ceteri præstent, & officiales Ministro, & sibi etiam omnes: studeatque eisdem exemplo obedientiæ præire, quam ipse suis Superioribus, quos Christi loco habet, præstare debet.

Obedientia in omnibus curanda.
P. 4. c. 10. §. 8.

22 Det operam, vt Constitutiones & regulæ obseruentur: omnibus domesticis cum omni sollicitudine inuigilet, eosdemque ab iis quæ nocere possint domi & foris defendat, tum præueniendo, tum etiam si quid mali acciderit, remedium adhibendo.

Observantia Regularum.
P. 4. cap. 10.
§. 5. & p. 6.
§. 1. & p. 10.
§. vlt.

23 Efficiat, vt sibi vel aliis ab ipso deputatis statis temporibus ratio conscientiæ reddatur, iuxta modum, qui in officio Prouincialis præscribitur,

Ratio conscientiæ.
In Exa. c. 4.
§. 36. 38. &
p. 6. c. 1. §. 2.

scribitur, & instructionem ad reddendam cōscientiæ rationem, à Professis quidem & Coadiutoribus formati semel in anno, ab aliis verò bis: & aliquos præterea maturiores Patres assignet, qui eorum confessiones generales excipiant, nisi Prouincialis tunc adfit.

*Renouatio
votorum
quando.*

P.4.c.4. §.5.
& p.5. c.4. §.
6. & Can.14.
Congr.2.

24 Meminerit, vt Scholastici, si qui erunt, & Coadiutores non formati, bis singulis annis circa festa Circumcisionis Domini nostri, & Apostolorum Petri & Pauli, vota sua renouent, præmissis iis quæ fieri solent.

*Exhortatio
quando, &
quibus de re-
bus habenda.
P.3.c.1. §.28.*

25 Singulis, vel alternis diebus Veneris exhortationem nostris vel ipse faciat, vel aliquis alius, qui rationem nostri instituti benè teneat, in quâ agatur de obseruatione Constitutionum & Regularum, de fraternâ caritate, humilitate, patientiâ, mortificatione, & aliis virtutibus, præsertim de obedientiâ: tamen si exhortationis loco, spiritualis collatio eisdem de rebus aliquando haberi potest.

*Crebrò subdi-
tos alloqua-
tur, eorumq;
necessitatibus
tempestiue
prospiciat.*

26 Crebrò, & magnâ caritatis significatione, alloquatur subditos, eorumque necessitatibus non corporis tantum, sed multò etiam magis animæ, paterno affectu prospiciat. Si quem verò intelligat aliquâ tentatione pulsari, præsertim graui, eius peculiarem curam & sollicitudinem non solum per se, sed etiam, si necesse fuerit, per alios gerat; nec remedium longiùs differendo, difficiliorem morbi curationem reddat.

27 In correctionibus & pœnitentiis iungendis rationem habebit dispositionis personarum, & ædificationis vniuersalis & particularis earum, ad gloriam Dei.

Ratio in pœnitentiis habenda.

P. 3. c. 1. §. 15.

28 Nisi prudentia rebus particularibus adhibita aliter procedendum dictauerit, illud in correctionibus obseruet, vt ij qui peccant, primò in caritate & dulcedine admoneantur: secundò in caritate quidem, sed eo tamen modo, vt eis confusio & rubor iniiciatur: tertio amori ea quæ timorem incutiant, si opus erit, adiciantur.

Modus in correctionibus seruandus.

P. 3. c. 1. lit.

N.

29 De publicis defectibus publica debet esse pœnitentia, iis tantum, quæ ad omnium ædificationem faciunt, declaratis.

Publica pœnitentia.

P. 3. c. 1. lit.

N.

30 Poterit mittere interdum aliquem ex suis, vt ostiatim perat eleemosynam, aut comitetur emptorem, aut vt inseruiat hospitali, aut in plateis concionetur, Christianam ve doctrinam doceat, prout magis in Domino expedire videbitur; habitâ ratione ædificationis, & spiritualis vtilitatis nostrorum.

Mortificationes publicæ.

31 Delegare poterit Confessario vel aliis vices suas, vt eas pœnitentias approbent vel improbent, quas ad maiorem sui spiritus profectum assumere quisque volet: & vt nostris qui Sacerdotes non sunt, facultatem dare possint frequentius quàm octauo quoque die communicandi, quosea ratione magis in spiritu iuuari in Domino iudicauerint.

Pœnitentiarum approbatio.

In Exam.

c. 1. lit. C.

*Mensura in
pœnitentiis
ne excedatur.*

In 1. Cong.
tit. 6. dec. 17.
& in Exam.
c. 1. §. 6.

32 In dandâ facultate ieiunandi, sicut & in aliis pœnitentiis concedendis, videat ne mensuram rectæ rationis excedat; detque operam, vt omnes intelligant, ad singularitatem non pertinere, si quis ieiunet aliis non ieiunantibus, dummodò ordinaria consuetudo ieiunandi, quæ iuxta Constitutiones non sit, non introducatur.

*Nostrorum
curet vnionem.*

P. 3. c. 1. §. 18.

Ibid. lit. P.

33 Vnio & conformitas mutua diligentissimè curanda est, nec ferenda inter vltos domesticorum perturbatio vel ira mutua: si quid autem huiusmodi accideret, curet vt statim cum satisfactione debitâ in gratiam inuicem redeant.

*Officia domestica à
Sacerdotibus
obeunda.*

P. 3. c. 1. §. 19.

34 Tanti ipsè quàm omnes alij Sacerdotes, quie videbuntur, iuxta Constitutiones, aliquando intra annum officium vel officia eorum, qui Domi inseruiunt, ad tempus aliquod obibunt.

Littera dandæ.

In Exa. c. 4.
§. 6. & p. 3.
c. 1. lit. B.

35 Videat scripta & litteras omnes, quæ scribuntur ad domesticos, & quas ipsi aliis scribunt; aut aliquem virum fidelem & qui donum discretionis habeat, Domi constituat, qui eas lectas reddat aut non reddat, prout in Domino magis expedire iudicabit: sibi que referat, si quid inuenerit, quod tanti momenti sit, vt de eo Superior monendus videatur. Res autè vanas aut quæ aliâ ratione offendere possint, neminè scribere permittat: nec sigillû quemquam habere sinat sine Prouincialis facultate.

36 Non

36 Non sint Domi arma, nec instrumenta musica, nec libri lasciuui aut vani, nec nouæ vllæ recreationes introducantur.

Arma, instrumenta musica, & libri lasciuui, &c.

P. 3. c. 1. §. 14. & lit. M.

De auxilio animarum.

C A P V T I V.

37 **M**EMINERIT hoc pertinere ad scopum totius Societatis, vt ad animarum salutem & perfectionē cum Diuinâ gratiâ promouendam incumbat; & nostri instituti puritatē in Domibus Professis præcipuē elucescere debere, quæ non tam circa media ad hunc finem præparanda (quemadmodum Collegia) quàm circa finem ipsum, & vsum mediorum ad eum conferentium versantur.

Instituto perfectio in Domibus professis.

In Ex. c. 1. §. 2. & par. 4. in præm.

38 Videat, an nostri zelum habeant animarum, & an strenuē ac diligenter earum salutem procurent, vt ij solent quos sanctus Dei amor impellit: nec solū immoderatos pro ratione virium labores suscipi non sinat, sed multò etiam minùs in proximis iuuandis negligentiam toleret.

Zelus animarum.

39 Proponatur populo assiduē in ecclesiâ verbum Dei in prædicationibus, & sacræ Scripturæ vel doctrinæ Christianæ lectionibus, quod etiam in aliis ecclesiis, plateis, & locis præstari potest, quando ad maiorem Dei gloriam conferre videbitur: nominatim ve-

Assiduē in ecclesiâ prædicandum.

P. 4. c. 8. §. 3. & 6. & p. 7. c. 4. §. 6. & 7. & Can. 21. Cong. 1. & Can. 20.

F

RO Cong. 2.

Can. 14.
Congreg. 1.

rò puerorum ac rudium personarum in Christianismo institutionem, tamquam proprium nostræ vocationis ministerium valdè commendatum habeat: intelligatque Christianam doctrinam canendo doceri posse, vbi ad maiorem ædificationem id fore obseruabitur. Modus autem, siue id canendo siue secus fiat, pro locorum ratione ad ædificationem & maiorem vtilitatem exigatur.

Confessarij non desint.
P. 4. c. 8. §. 4.
& p. 7. c. 4.
§. 5. & n. 9. &
in Bullâ nostri instit.
Paul. III. &
Iul. III.

40 Procuret diligenter ne desint designati Confessarij, qui Domi in administratione sacramentorum confessionis & communionis cum fructu exerceantur: quiq; extra Domum ægrotorum confessiones audire, morientibus opem ferre, & eos qui in carceribus & hospitalibus inueniuntur, visitare & consolari possint, & reliquis pietatis operibus, quæ in litteris Apostolicis instituti nostri, & Constitutionibus proponuntur, incumbere: sed hæc omnia ipse iuxta ordinem à Prouinciali præscriptum exequatur, qui pro ratione loci, & copiâ Nostrorum metietur, quantum in huiusmodi rebus operæ sit ponendum.

Exercitia spiritalia à quo tradentur.
P. 4. c. 8. §. 5.
& p. 7. c. 4.
§. 8.
Ad loca vicina mitti possint nostri.

41 Curet, vt nostri in spiritalibus Exercitijs tradendis accuratè exerceantur, postquam ea in se fuerint experti: nullus tamen deberet ea tradere, nisi prudentiâ ac rerum spiritalium vsu satis probatus esset.

42 Si operariorum copia suppetet, poterit suos mittere ad alia loca vicina, habito consensu

sensu Prouincialis, vt similibus operibus caritatis functi, Domum constituto tempore redeant.

43 Non permittat eodem tempore omnes Sacerdotes abesse, sed semper Domi, aut in ecclesiâ aliqui maneant, qui occurrentibus necessitatibus proximorum satisfacere possint.

Aliqui Domi maneant.

44 Cùm quis prædicationi, lectioni sacræ, aut confessionibus audiendis vacat, provideat, ne studij tempus, aliâve necessaria illi desint.

Operariis prospiciendum.

45 Si quis ad sacros ordines promouendus, aut in confessarium vel concionatorem esse eligendus videbitur, Prouincialem ad-moneat.

De promouendis ad aliquod munus.

P. 4. c. 8. §. 1. & p. 7. c. 4. §. 5. & 6.

46 Si quem ex iis qui in ecclesiâ nostrâ assiduè ad sacramenta accedunt, intelligeret vitæ suæ exemplo alios offendere, quantum in ipso est, remedium per confessarium vel aliquem alium, conuenienti ratione adhibere curet.

Quid de iis, qui offendiculo sunt.

47 Non permittat, vt nostri curam mulierum religiosarum, & aliarum quarumcumque suscipiant, vt ordinariè illarum confessiones audiant vel ipsas regant: quamuis nihil repugnet aliquando apud eas concionari, aut semel vnus Monasterij confessiones, speciales ob causas, audire; quod tamen non fiet, nisi postulent ij qui eis præsent.

Religiosarum curam ne suscipiant nostri.

P. 6. c. 3. §. 5.

Concionari,
& confessiones
audire
potest.
P. 9. c. 6. §. 1.

48 Et si proprium Præpositi officium est, Domum sibi commissam diligenter ac fideliter gubernare, neque is propter aliud quidquam huic muneri deesse debet, si quando tamen per officij sui occupationes licebit, & concionari & confessiones audire, & alia Societatis ministeria exercere poterit ac debebit.

De ordine domestico.

C A P V T V.

Sacrum
quotidie au-
diendum.

49 **Q**UOTIDIE post orationem matutinam fiat Sacrum, cui intersint omnes, qui Sacerdotes non sunt; nisi aliquibus propter peculiare causas aliud tempus ad Sacrum audiendum concessum sit.

In oratione,
& examine
vistandum.

50 Tempore orationi & examini assignato sit aliquis qui obseruet, num omnes iis vacent, quod & Minister ipse aliquando faciat, & Præpositus huic rei diligenter inuigilet.

Syndici offi-
cium.
P. 3. c. 1. §. 16.
& P. 4. c. 10.
§. 7.

51 Syndicum Domi constituat, ubi Ministri aut Subministri operâ ad id non uterentur, cuius officium erit obseruare in omnibus, quod ad honestatem & decentiam externam pertinet, Ecclesiam & domum in locis publicis perlustrando, & si quid quod non conueniat annotauerit, Superiori referendo.

52 A posteriore prandij signo ad cœnam octo, vt minimùm, horæ interfint: aliquid verò amplius vsque ad refectiunculam diebus Veneris & ieiuniorum, iuxta morem regionis: à tempore autem quo se nostri cubitum receperunt vsque ad signum quo excitantur, septem.

Quâ horâ ad cœnam, & cubitum eundum.

P. 3. c. 2. lit. E.

53 Benedictio & gratiarum actio in refectorio iuxta vsum Breuiarij Romani in primâ mensâ fiant: in secundâ verò & priuatâ, retineri possunt antiqua benedictio & gratiarum actio, quæ à singulis submissè & stando fieri debent.

Benedictio mensæ, & gratiarum actio.
Can. 6.
Congreg. 1.

54 In mensâ Sacerdotes præcedant alios ad eum gradum non promotos, sed nec inter Sacerdotes, nec inter eos qui Sacerdotes non sunt, vllus ordo constituatur.

Ordo in mensâ seruandus.
Can. 30.
Congreg. 1.

55 Si aliquâ de causâ Præpositus primæ mensæ adesse non poterit, curet vt Minister adsit.

Adsit primæ mensæ Minister.

56 A prandio & à cœnâ hora vna, diebus autem Veneris post collationem vespertinam dimidia recreationi religiosè impendatur, idque in vno loco, si commodè fieri poterit: sed neque extra huiusmodi horas labores nimium continuari, sine aliquâ conuenienti relaxatione, sinat.

Horæ recreationis.
P. 3. c. 2. lit. D.

57 Conferentiæ casuum conscientiæ bis singulis hebdomadis habeantur, quibus Sacerdotes omnes, qui commodè poterunt, interesse

Conferentiæ casuum conscientiæ.

F 3

teresse

teresse debent, Præside docto aliquo, qui ea de quibus agetur, luculentiùs explicare ac definire possit.

De iis quæ pertinent ad res temporales.

C A P V T VI.

Fiducia in Deum.

58 **M**AGNO & constanti animo speret à Diuinâ bonitate suæ Domui subsidia temporalia adiicienda, si & nostri ad quærendum Dei regnum sibi & proximis serio incumbant, & ipse, ratione indigentia, instituti nostri integritatem violari numquam permittat.

Procurator eleemosynarum.

P. 6. c. 2. §. 10.

59 Habeat Procuratorem qui eleemosynas petat, cui alios ad eam rem substituere poterit, si necessarium iudicabit, ita tamen ut quàm paucissimi in mendicando occurrantur.

A Procuratore ratione exigat.

P. 4. c. 2. §. 5.

& p. 9. c. 3.

§. 4. lit. C.

60 Singulis mensibus à Procuratore rationem accepti & expensi, præsentè Ministro, exigat, ut totius Domus administrationis ratio ipsi constet, eamque reddere possit cui & quando per Superiorem constituetur: caueat autem, ne Domus alieno ære grauetur.

In victu & vestitu moderatio

P. 6. c. 2. §.

vt. lit. N.

61 In iis quæ ad rationem victus, & aliarum rerum vitæ necessariorum aut conuenientium spectant, quamuis curandum est, ut communis

munis illa sit, & valetudini nostrorum accommodata; habenda tamen semper est ratio humilitatis, paupertatis, ac spiritualis ædificationis in Domino.

62 Ut curare debet ne ij, qui in vineâ Domini magno cum proximorum fructu se exercent, necessario subsidio priuati maiora bona relinquere cogantur, néve morbo aut ætate debiles ministerio fraternæ caritatis destituantur ita iis, qui neutrâ ratione aliorum indigent operâ, adiutores assignare non debet.

Qui in vineâ Domini subleuandi sunt.

63 Egrotorum verò cura habeatur magna, & obseruetur diligenter tam in victus ratione quàm in ceteris, quod medicus præscripserit.

Egrotorū magna habenda cura.
P. 3. c. 2. lit. G.

64 Si cui particulari quidpiam ab externo aliquo mittatur, id in communem vsum accipiat ac dispensetur.

Elemosyna in commune dispensanda.

65 Caueat, ne Domus ipsa aliquisve Professorum aut Coadiutorum redditibus Collegiorum, præterquàm in rebus minimis vtatur.

Collegiorum: redditibus non vtantur.
In ex. c. 1.

66 Si quid stabile donatum legatūve Domui fuerit, Prouincialem admoneat, vt quàm primū vendatur, & pretium in vsus necessarios iuxta illius iudicium expendatur: temporis tamen opportunitas ad vendendum non est excludenda.

§. 4. & p. 4.
c. 2. lit. F. &
p. 6. c. 2. §. 3.

Stabilia statim vendenda.
P. 6. c. 2. lit. E.

67 Lites forenses fugiat, nec vllam inconsulto Prouinciali intenet, nec intentæ respondeat nisi cogatur.

Lites fugienda.
Can. 26.
Cong. 2.

*Expensa ex-
traordina-
ria.*

P. 3. c. 1. §. 7.
& 9. & Can.
3. Cong. 2.

68 Si bona alicuius ex nostris distribuenda essent, si ineundi contractus, si fabrica alicuius momenti, & expensæ extraordinariæ faciendæ, aut si bona offerantur cum aliquâ obligatione, rem ad Prouincialem deferat.

*Deposita non
admittan-
tur.*

69 Deposita pecuniæ nullum prorsus admittat; aliarum verò rerum non nisi cautiſsimè, dummodò sint eorum quibus multum debeamus, aut alioqui id officij sine magnâ offensione denegari non possit.

*Examinatio
nostrorum in
civilibus.*

P. 6. c. 3. §. 8.

70 Neminem ex nostris in causis ciuilibus, nedum criminalibus, examinari (nisi qui ad peccatum obligare potest, compelleret) permittat absque licentiâ; quam minimè dabit, nisi in causis, quæ ad religionem Catholicam pertinent, aut alioqui piæ sint, & ita vnifaveant vt non in alterius detrimentum cedant.

*Quomodo
iumento do-
mi utendum.*

P. 6. c. 2. §. 14.

71 Nullum domi iumentum equitandi causâ ad vsûm alicuius de ipsâ Societate ordinariè habeatur, nisi aut propter continenter infirmam alicuius valetudinem, aut propter publica negotia, id necessarium & vrgens iudicaret Generalis,

Ibid. lit. K.

De

De communicatione cum externis,
& gratitudine erga fundatores &
benefactores.

CAPVT VII.

72 **M**VLIERES inuisere, aut ad eas scribere nisi in necessitate, aut cum spe magni fructus, nostros non sinat: nec hoc quidem permittat nisi viris valdè probatis & prudentibus.

*Mulierum
uistatio, &
ad eas litte-
re.*

73 Non permittat feminas domum nostram ingredi.

*Domum non
ingrediantur
mulieres.*

74 Curet, ne primarios viros inuisere nostri consuescant, nisi sancto studio piorum operum ducerentur, vel quando intimâ benevolentia in Domino coniuncti essent.

P. 3. c. 1. §. 14.

*Magni viri
quando inui-
sendi.*

P. 6. c. 2. §. 9.

75 Non sinat offerri munuscula, quæ magnatibus ad res maiores obtinendas offerri solent.

Munuscula.

P. 6. c. 2. §. 9.

76 Non permittat, vt nostri cibum capiant apud externos, aut ab eis, cum ægrotant, uisitentur, nisi causa non leuis momenti ad id concedendum moueret; quam eandem esse oportebit, si quando externus aliquis ad mensam, præsertim Refectorij, inuitandus uideatur.

*Nostri non
capiant cibū
apud exter-
nos, nec ab eis
uisitentur
cum ægro-
tant.*

Amici con- 77 Amicos conseruare, & eos qui malè
seruandi,
inimici re- erga nos affecti sunt, præcipuè si homines sint
conciliandi. non vulgaris auctoritatis, orationibus & ra-
P. 10. lit. B. tionibus conuenientibus in amicitiam reuo-
care, aut saltem ne aduersarij sint efficere stu-
deat.

Gratitudo 78 Obleruet, quæ erga fundatores & be-
erga funda- nefactores, tam viuos quàm mortuos, obser-
tores, & be- uanda sunt, eisque gratitudinem exhibeat; & si
nefactores. quam aliam obligationem Domushabet, ei
P. 4. c. 1. satisfieri curet.

*De iis qui admitti petunt, ad Domum
diuertunt, aut foras mittuntur.*

CAPVT VIII.

In Societate 79 **I**N Societatem neminem admittat, nisi à
neminem
admittat. Generali vel Prouinciali id ipsi commit-
P. 1. c. 1. §. 2. tatur: sed de iis, qui admitti petunt, ad Prouin-
ciale referat, vel scribat, quales illi sint, &
quibus donis Dei præditi.

Quid cum 80 Si is qui admitti petit, ad institutum
valde idoneis Societatis valdè idoneus videbitur, & neces-
agendum. sitas urgeret, poterit eum tam quàm hospitem
P. 1. c. 1. lit. Domi recipere, donec responsum à Prouincia-
A. li accipiat, vel ad eundem mittere, si expedire
iudicauerit.

81 Rece-

81 Recedentem sine licentiâ ab alio loco Societatis, vel ab eâ dimissum non admittat: sed si expedire videretur ad Prouincialem de eo scribat, & eius ordinationem expectet; illo domi vt hospite, vel in alio pio loco, si videbitur, detento.

Quid cum veniente sine licentiâ.
P. 2. c. 4. §. 1. & lit. A.

82 Caritatem magnam exhibeat erga alios de Societate per domum transeuntes, eosque amanter hospitio excipiat, ac meminerit se aliquo viatico aut eleemosynâ eos, si indigerent, iuuare posse: curet item diligenter dirigere ac iuuare expeditiones hospitem qui negotiorum causâ domi versantur.

Caritas erga alios per domos transeuntes.
P. 4. c. 2. lit. F. & p. 6. c. 2. lit. D.

83 Externi ne accipiantur hospitio, vt Domi pernoctent, nisi ij sint quibus multum debeat, aut id officij sine magnâ offensione prætermitti non possit: quâ in re habeatur præcipua ratio religiosorum, cum necessitatis causâ ad nos diuertunt.

Externi quando domi pernoctabunt.

84 Cum quis Domo egredietur, det ei socium conuenientem: si quando autem aliquis solus foras mittitur, is sit cui meritò possit confidere.

Cum socio Domo egredendum.
P. 3. c. 1. §. 3.

85 Neminem ex suâ Domo in alium locum mittat sine litteris patentibus.

Non sine patentibus mittendi.

86 Si quis experimento comperiretur ferre non posse Domus cælum, & malè habere continenter cerneretur, vel aliâ ratione videretur mutandus; Prouincialem admoneat, an aliò mitti debeat.

P. 7. c. 2. lit. M.
Quid de malè habētibus.
P. 3. c. 2. lit. G.

*Quid cum
profectoris
aliò.*

87 Profectori ad alia loca, eâ quam sotta-
nam vocant, & aliis interioribus indumentis,
quibus vtuntur, priuari non debent, nisi fortè
ratio temporis, aut alioqui caritas suaderet
melioribus esse commutanda. Reliqua verò
omnia, quæ ad iter necessaria erunt, magnâ car-
ritatis significatione ab eo loco, vnde mittun-
tur, subministrantur, sumptibus tamen eo-
rum, quorum erit expensas itineris soluere.

R E G V L Æ

R E C T O R I S.

*Deiis quæ ad eius personam, & totius
Collegij administrationem perti-
nent.*

C A P V T I.

*Oratione
Collegium
sustineat.
P. 4. c. 10.
§. 4. & 5.*

I **O**MNI studio enitatur, vt talis sit qualis
optatur in nostris Constitutionibus,
primamque officij sui curam in eo positam ef-
se intelligat, vt oratione & sanctis desideriis
totum Collegium, velut humeris suis, susti-
neat.

*Particularia
vitet.
P. 4. c. 10. §.
10. & C. 15.
Cong. 2.*

2 Communes regulas ipse seruet, & par-
ticularia in cibo, indumentis, & aliarum rerum
vsu,

vsu, quantum fieri potest, vitet: & familiaritate atque indulgentiâ cum quibusdam, alios ne offendat.

3 Intra annum, postquam officium Rectoris primâ vice inierit, quadraginta diebus Christianam doctrinam, eo modo quo in secundâ Congregatione expositum est, legat aut doceat: sed ex causâ per alium id munus cum facultate Prouincialis obire poterit.

*Doctrinam
Christianam
doceat.*

4 Consuetudines receptas, & à Generali vel Prouinciali approbatas seruet, ac seruari faciat: si tamen aliqua alia à præcedenti Rectore inducta fuerit, non mutet inconsulto Prouinciali: ipse verò, nisi suo Superiore approbante, nullam introducat.

*Consuetudines seruet. &
nihil immutet.*

5 Eos qui domestica obeunt ministeria (exceptis quibusdam, quorum electio ad Prouincialem pertinet) prudenter constituat, suas cuique regulas tradat, aliquando visitet, & prout in Domino conuenire iudicabit, vel in eisdem ministeriis detineat vel ab eis removeat. Quia verò officia quædam, vt benè fiant, experientiam requirunt, qui ad ea idonei inueniuntur, non facîle mutari debebunt.

*Ministeria domestica distribuatur.
P. 4. c. 10.
§. 5. & 6.*

Ibid. lit. E.

6 Vt prospicere officialibus de subsidio, si necessarium id fuerit, ne labore grauentur, debebit; ita cum tempus vacuum illis fuerit, vt vtiliter illud impendant Diuino seruitio curabit.

*Officialibus subleuandis.
P. 4. c. 10.
§. 6.*

7 Et si potestatem habeat designandi confessorios

Designatio Confessorij.

cessarios suis subditis, ordinarium tamen Confessarium Collegij non constituet sine approbatione Prouincialis.

*Quando in
præcepto in-
bendum.
P. 6. c. 5.*

8 Quamuis in virtute obedientia iubere possit, non nisi rarissimè, & ex graui ac vrgenti causâ id faciat.

*Quales pœ-
nitentias
imponet.*

9 Ordinarias tantùm pœnitentias imponat, quales sunt parua mensa, publica reprehensio, conclusio in circulo, edere sub mensâ, osculari aliorum pedes, orare in Refectorio, dicere culpam suam, subtractio cibi vsque ad panem & aquam, si res postulauerit, disciplina publica in Refectorio, & alia exercitia humilia & domestica.

*Quando in
Regulis dis-
penset.
P. 4. c. 10. lit.
B. & p. 6. c. 3.
§. 8.*

10 Sicut ad Rectorem pertinet dispensare in Regulis, Constitutionibus, & Decretis Cõgregationum Generalium cum particularibus, quando necesse erit; sic & cùm dispensauerit in rebus maioris momenti, quæ videntur vrgere, & in quibus sine graui incommodo Prouincialis responsum expectari non potest, eum primo quoque tempore de huiusmodi dispensatione, ac eius causâ admonere.

*Notentur in
libro qui vo-
ta emiserunt.
P. 5. c. 3. §. 4.
& c. 4. §. 4.*

11 Nomina eorum qui vota solemnia, vel simplicia emiserunt, in libro ad hoc parato notentur: in Professis quidem & Coadiutoribus formatis, cum nominibus admittentium; in reliquis verò post biennium, cum nominibus celebrantium, adnotato loco & tempore, iuxta Constitutiones.

12 Quas

12 Quas habeat facultates, partim ex iis quæ ipsi in his regulis conceduntur, partim ex compendio facultatum Societatis intelligat, ut in iis, quas non habet, sciat ad Superiorem recurrere.

Vnde suas facultates intelligat.

De iis quæ Rectorem ad bonam administrationem iuuabunt.

CAPVT II.

13 **S**I T sollicitus, ne Minister & reliqui officiales suo desint officio, omissis aliis quæ possent impedire.

No desint officio suo officiales.

14 Singulis, vel saltem alternis, hebdomadis cum suis Consultoribus conueniat (nisi pro re narâ aliquid extraordinariè esset consultandum) de quæ rebus maioris momenti, quæ pro temporum & negotiorum varietate occurrunt, cum illis agat: quamquàm iis auditis penes ipsum erit de singulis statuendi facultas.

Singulis hebdomadis consultandum.
P. 4. c. 10. §. 7. & p. 9. c. 6. §. 14.

15 Consultores, aliosque omnes, cùm ei aliquid proponunt, libenter ac benignè excipiat, & præcipuè eum, cui Monitoris officium commissum est: efficiatque ut in suo Collegio, quæ in formulâ scribendi præscripta sunt, accuratè seruentur.

Consultores & Admonitorem benignè audiatur.
P. 9. c. 4. §. 4.

16 Ha-

*Quæ in libris
scribenda.*

16 Habeat librum, in quo scribantur visitationes Collegij à Generali approbatæ; in quo etiam scribantur ordinationes aliæ alicuius momenti, quæ à Generali mittuntur: & quæ perpetuæ fuerint, ab iis quæ temporariæ sunt, separatim notentur: alia verò quæ Visitator & Prouincialis præscripserint, in alio libro scribantur.

*Vnde institutum
cognoscet.*

17 Institutum Societatis cognoscat ex lectione litterarum Apostolicarum, Constitutionum, & Decretorum Generalium Congregationum: magis autem particularia ex lectione Regularum tam communium, quàm officij sui, & aliorum, qui sub ipsius curâ sunt, ac Prouincialis, & Compendij facultatum Societatis, atque ex obseruatione consuetudinum receptarum, ac demum ex recurſu ad Superiorem in iis, de quibus dubitabit.

*In libellum
referat, quæ
ad bonum
Collegij oc-
currunt.*

18 Libellum habeat, in quem referat quæcumque sibi ad bonum Collegij statum subinde occurrunt, ne memoriâ excidant, præcipuè illa de quibus ad Generalem vel Prouincialem scribendum putat.

*Miffas appli-
care potest.
P. 2. c. 3. §. 2.
& p. 7. c. 2.
lit. M. & c. 4.
§. 3. & 4. p.
c. 10. lit. B.*

19 Pro occurrentibus necessitatibus, communibus & priuatis, Miffas & orationes suorum (moderatè tamen) iuxta consuetudinem Societatis applicare poterit.

De

De curâ nostrorum in spiritu.

CAPVT III.

20 **C**VRET, vt cuique in suo officio integram obedientiam Collegiales præstant, & officiales Ministro, & sibi etiam omnes, studeatque eisdem exemplo obedientiæ præire, quam ipse suis Superioribus, quos Christi loco habet, præstare debet.

*Obedientia
in omnibus
seruanda.
P. 4. c. 10.
§. 8.*

21 Det operam, vt Constitutiones & Regulæ obseruentur: omnibus Collegialibus cum omni sollicitudine inuigilet, eosdemque ab iis quæ nocere possint, Domi & foris defendat, tum præueniendo, tum etiam si quid mali acciderit, remedium adhibendo, ita vt in virtutibus & litteris proficiant.

*Constitutio-
num & Re-
gularum
obseruantia.
P. 4. c. 10. §.
5. & p. 6. c. 1.
§. 1. & p. 10.
§. vlt. in
proæ. decl.*

22 Efficiat, vt sibi, vel aliis ab ipso deputatis, statis temporibus ratio conscientiæ reddatur à suis, iuxta modum qui in officio Prouincialis præscribitur, & instructionē ad reddendam conscientiæ rationem: & aliquos præterea maturiores Patres assignet, qui eorum confessiones generales excipiant, nisi Prouincialis tunc adsit.

*Conscientia
ratio reddenda.
In Exa. c. 4.
§. 36. 38. &
41. & p. 6.
c. 1. §. 2.*

23 Meminerit vt Scholastici & Coadiutores non formati bis singulis annis circa festa Circumcisionis Domini nostri, & Aposto-

*Votabis in
anno reno-
uanda.
P. 4. c. 4. §. 5.
& p. 5. c. 4. §.
6. & Can. 14.
Cong. 2.*

G lorum

lorum Petri & Pauli vota sua renouent, præmissis quæ fieri solent.

Quando exhortationes nostris faciendæ.

P. 3. c. 1. §. 28.

24 Singulis, vel alternis diebus Veneris exhortationem nostris vel ipse faciat, vel aliquis alius, qui rationem nostri instituti benè teneat, in quâ agatur de obseruatione Constitutionum & Regularum, de fraternâ caritate, humilitate, patientiâ, mortificatione, & aliis virtutibus, præsertim de obedienciâ; tametsi exhortationis loco spiritualis collatio eisdem de rebus aliquando haberi potest.

Subditos cû caritate alloquatur.

25 Crebrò & magnâ caritatis significatione alloquatur subditos, eorumque necessitatibus non corporis tantùm, sed multò etiam magis animæ, paterno affectu prospiciat. Si quem verò intelligat aliquâ tentatione pulsari, præsertim graui, eius peculiarem curam & sollicitudinem, non solùm per se, sed etiam, si necesse fuerit, per alios gerat: nec remedium longiùs differendo, difficiliorem morbi curationem reddat.

Modus iniungendi pœnitentiis.

P. 3. c. 1. §. 15.

26 In correctionibus & pœnitentiis iniungendis rationem habebit dispositionis personarum, & ædificationis vniuersalis & particularis earum, ad gloriam Dei.

Correctio ut faciendæ.

P. 3. c. 1. lit.

N.

27 Nisi prudentia rebus particularibus adhibita aliter procedendum dictauerit, illud in correctionibus obseruet, vt ij qui peccant, primò in caritate & dulcedine admoneantur; secundò in caritate quidem, sed eo ta-

men

men modo, vt eis confuſio & rubor iniiciatur; tertio amori ea, quæ timorem incutiant, ſi opuserit, adiciantur.

28 De publicis defectibus publica debet esse pœnitentia, iis tantum, quæ ad omnium ædificationem faciunt, declaratis.

Publica pœnitentia.
P. 3. c. 1. lit. N.

29 Poterit mittere interdum aliquem ex suis, vt ostiatim petat eleemosynam, aut vt inferuiat hospitali, aut comitetur emptorem, aut in plateis concionetur, Christianamve doctrinam doceat, prout magis in Domino expedire videbitur, habitâ ratione ædificationis, & spiritualis vtilitatis nostrorum.

Publica mortificationes.

30 Delegare poterit Confessario, vel aliis vices suas, vt eas pœnitentias approbent vel improbent, quas ad maiorem sui spiritus profectum assumere quisque volet.

Pœnitentiarum approbatio.
In Exam. c. 1. lit. C.

31 In dandâ facultate ieiunandi, sicut & in aliis pœnitentiis concedendis, videat ne mensuram rectæ rationis excedat, detque operam, vt omnes intelligant ad singularitatē non pertinere si quis ieiunet aliis nō ieiunantibus, dummodò ordinaria consuetudo ieiunandi, quæ iuxta Cōstitutiones non sit, non introducatur.

Vt concedenda.
In 1. Congr. tit. 6. dec. 17.

32 Vnio & conformitas mutua diligentissimè curanda est, nec ferenda inter vltos domesticorum perturbatio, vel ira mutua: si quid autem huiusmodi accideret, curet vt statim cum satisfactione debitâ in gratiam inuicem redeant.

Vnionem curat.
P. 3. c. 1. §. 18.
Ibid. lit. P.

*Officia do-
mestica à
Sacerdotibus
obseunda.*

P.3.c.1. §.19.

33 Tam ipse, quàm omnes alij Sacerdotes, qui ei videbuntur, iuxta Constitutiones, aliquando intra annum officium vel officia eorum qui Domi inseruiunt, ad tempus aliquod obibunt.

*Nostri quan-
do commu-
nicabunt.*

P.4.c.4.lit.

B.

34 Non permittat nostros Scholasticos frequentius, quàm octauo quoque die communicare, nisi particulares ob causas, habitâ magis ratione necessitatis, quàm deuotionis: diebus tamen solemnibus in hac re dispensare poterit. Coadiutoribus verò, & iis qui litteris non dant operam, longè faciliùs concedi potest, vt etiam intra hebdomadam communicent, & Præfecto rerum spiritualium, aut confessario delegari, vt id concedat iis, quos eâ ratione magis in spiritu iuuari in Domino iudicabit.

*Litteræ dan-
de.*

In Exa.c.4.

§.6.& p.3.

c.1.lit.B.

35 Videat scripta & litteras omnes quæ scribuntur ad domesticos, & quas ipsi aliis scribunt; aut aliquem virum fidelem, qui donum discretionis habeat, domi constituat, qui eas lectas reddat aut non reddat, prout in Domino magis expedire iudicabit, sibi que referat, si quid inuenerit, quod tanti momenti sit, vt de eo Superior monendus videatur. Res autem vanas, aut quæ aliâ ratione offendere possint, neminem scribere permittat: nec sigillum quemquam habere sinat sine Prouincialis facultate.

*Arma, in-
strumenta
musica, libri
lascini, &c.*

36 Non sint in Collegio arma, nec instru-
menta

menta musica, nec libri lasciui aut vani, nec nouæ vllæ recreationes introducantur.

P. 3. c. 1. §. 14.
& lit. M.

De litterarum studiis.

C A P V T I V.

37 **N**EMINEM ad inchoanda studia admittat, nec eos qui ad illa ex Prouincialis commissione admissi fuerint, ad aliam facultatem promoueat, absque eiusdem Prouincialis approbatione, cui post maturam considerationem & examen, de vnoquoque suo tempore significabit quid sentiat.

*Ad studia
admittendi.*
P. 4. c. 5. §. 2.
& c. 13. §. 4.

38 Impedimenta remoueat, quæ à studiis animos scholasticorum auocant, qualia sunt nimix mortificationes vel deuotiones, vel externæ occupationes aut colloquia cum externis; quæ quidem rarò & paucis, nec sine expressâ ipsius licentiâ, permitti debent. Et circa illorum valetudinem peculiari curâ animaduertat, vt & in laboribus mentis modum feruent, & in iis quæ ad corpus pertinent, religiosâ commoditate tractentur, vt diutius in studiis perseuerare tam in litteris ad discendis, quàm in eisdem exercendis ad Dei gloriam possint.

*Scholasticorum
curam
geret.*
P. 4. c. 6. §. 3.
P. 4. c. 4. §. 1.
Dec. 93. §. 17.
7. Congr.

39 Videat quomodò professores omnes suo munere fungantur, curetque diligenter à

*Professores
suo munere
fungantur.*
P. 4. c. 6. §. 15.

Philosophiæ & Theologiæ Professoribus ea seruari circa opinionum diuersitatem, quæ in Cõstitutionibus & Ratione studiorum præscripta sunt. Intelligat etiam per se, vel per alios, quomodo Scholastici in suis studiis proficiant: quòd si animaduerneret aliquem in iis inutiliter tempus terere, ad Prouincialem referat.

Dies vacationis.

P. 4. c. 13. §. 5. & p. 6. c. 2. lit. D.

40 Singulis hebdomadis dies vnus saltem à prandio Scholasticis ad quietem destinatus sit, in quo eos ad hortum, aut prædium Collegij, vel aliò, exercitij corporis vel recreandi animi gratià, mittere poterit: in reliquis autem studiorum intermissionibus sequatur ordinẽ à Generali vel Prouinciali constitutum.

Quando præceptores instruet.

P. 4. c. 6. lit. F.

41 Etsi præceptorem publicum in scholis instituere non potest absque Prouincialis facultate, ad tempus tamen necessitatis gratià id facere poterit.

De dispensatione ad gradus litterarios.

P. 4. c. 6. §. 17. & c. 15. §. 4.

42 In actibus promouendorum ad gradus litterarios (ad quos nostri sine facultate Generalis promoueri non possunt) si quã in re alicuius momenti dispensatione opus esset, Prouincialem admoveat.

Regulae publice legenda.

P. 4. c. 10. lit. L. & Can. 16. Cong. 2.

43 Constitutiones, siue regulæ, quæ ad Scholasticos Societatis pertinent, publicè in Refectorio bis aut ter singulis annis legantur.

De cuiusque talentis Prouincialem admoveat.

P. 4. c. 9. §. 3.

44 Sub finem studiorum cuiusque, suarum esse partium Rector intelligat, auditis Consultoribus Prouincialem de vniuscuiusque talento

to

to admonere; & quantum singuli profecerint referre, & num aliqui ad sacros ordines promouendi sint, aut in Confessarios, aut Concionatores, aut Lectores eligendi, proponere.

Ibid. c. 6. lit.
C. & c. 8. §. 2.
p. 7. c. 4. §. 5.

De ordine domestico.

C A P V T V.

45 **Q**UOTIDIE post orationem matutinam fiat Sacrum, cui intersint omnes qui Sacerdotes non sunt; nisi aliquibus propter peculiare causas aliud tempus ad Sacrum audiendum concessum sit.

*Sacrum
quotidie au-
diendum.*

46 Quando nostri ad sacram communionem accessuri sunt, præsertim diebus Dominicis, curet ut in ecclesiâ (si commodè fieri potest) id faciant; separati tamen ab externis, quantum locus feret.

*In ecclesiâ
communi-
candum.*

*In ex. c. 4. §.
25. & p. 3.
c. 1. §. 11.*

47 Tempore orationi & reliquis exercitiis assignato sit aliquis qui obseruet, num omnes iis vacent: quod etiam Minister & ipsemet Rector aliquando faciat.

*In oratione
& examine
visitandum.*

48 Syndicum domi constituat, vbi Ministeri aut Subministri operâ ad id non vteretur; cuius officium erit obseruare in omnibus, quod ad honestatem & decentiam externam pertinet, ecclesiam & domum in locis publicis perlustrando, & si quid quod non conueniat

*Syndici offi-
cium.
P. 3. c. 1. §. 16.
& p. 4. c. 10.
§. 7.*

Ibid. c. 17.
§. 7.

*Corporalis
exercitatio.*
P. 3. c. 2. §. 4.

*Quâ horâ
ad cœnam,
& cubitum
eundum.*
P. 3. c. 2. lit.
E.

*Benedictio
mensæ, &
gratiarum
actio.*
Can. 6.
Congr. 1.

*Ordo in men-
sâ seruadus.*
Can. 30.
Congr. 1.

*Adsit prima
mensæ Mi-
nister.*

*Quando con-
cionandum
in Refectorio.*

annotauerit, Superiori referendo. Præter hunc alios particulares Syndicos in classibus singulis habeat, qui, quantum fieri poterit, ex prudentioribus & maturioribus deligantur.

49 Omnes, præter illos quos ipse iudicauerit excipiendos, horæ quadrantem ante prandium vel cœnam, corporis exercitationi tribuant.

50 A posteriore prandij signo ad cœnam octo, vt minimùm, horæ intersint: aliquid verò amplius vsque ad refectiunculam vespertinam diebus Veneris & ieiuniorum, iuxta morem regionis: à tempore autem quo se nostri cubitum receperunt vsque ad signum quo excitantur, septem.

51 Benedictio & gratiarum actio in Refectorio iuxta vsum breuiarij Romani in primâ mensâ fiant: in secundâ verò & priuatâ, retineri possunt antiqua benedictio & gratiarum actio, quæ à singulis submissè & stando fieri debent.

52 In mensâ Sacerdotes præcedant alios ad eum gradum non promotos; sed nec inter Sacerdotes, nec inter eos qui Sacerdotes non sunt, vllus ordo constituatur.

53 Si aliquâ de causâ Rector primæ mensæ adesse non poterit, curet vt Minister adsit.

54 Dominicis diebus & festis, si commo-
dè fieri potest, & aliis etiam, si Superiori videatur,

deatur, sint aliqui pro multitudine Scholarium à Superiore delecti, qui inter cœnandum pro lectione concionem habeant, quibus ad se parandum bidui ferè spatium pro Superioris arbitrio dandum erit.

P. 3. c. 1. §. 5.
& 21. & in
Exa. c. 4.
§. 25.
Decr. 93.
7. Cong. §. 6.

55 A prandio & à cœnâ hora vna, diebus autem Veneris post collationem vespertinam dimidia recreationi religiosè impendatur; id-
que in vno loco, si commodè fieri poterit: sed neque extra huiusmodi horas labores nimium continuari, sine aliquâ conuenienti relaxatione, sinat.

Horæ re-
creationis.
P. 3. c. 2. lit.
D.

56 Scholastici omnes, vbi aliqua fuerit eorum copia, pro more Societatis (nisi quis eximendus videretur) diebus saltem Dominicis ad finem recreationis post prandium in
tonis, seu ratione concionandi, exercentur, de iis crebrò tractantes, quæ ad sui abnegationem, & in virtutibus profectum, & fraternam caritatem spectant. Vtilitas autem maior erit si quadrante horæ circiter præmoneantur, qui tonos facturi sunt, themate illis assignato.

Toni quando
faciendi.
P. 3. c. 2. §. 21.

Decr. 93.
Congr. 7.
§. 7.
Ex Instru-
ct. pro Cõcion.

De iis quæ pertinent ad res temporales.

CAPVT VI.

*A Procura-
tore ratio
exigenda.
P.4.c.2.§.5.
& p.9.c.3.
§.4.lit.C.*

57 **S**INGVLIS mensibus à Procuratore rationem accepti & expensi, præsentè Ministro, exigat, vt totius Domus administrationis ratio ipsi constet, eamque reddere possit cui & quando per Superiorem constituetur: caueat autem, ne Collegium ære alieno grauetur.

*Quæ ratio
in victu &
vestitu ser-
uanda.
P.3.c.2.§.3.*

*P.3.c.2.lit.
C.*

58 In iis quæ ad victum, vestitum, & habitationem, & alia corpori necessaria pertinent, curet vt quamuis sit in quo probetur virtus & sui ipsius abnegatio, non desit tamen quo sustentetur natura, habitâ conuenienti ratione personarum in Domino. Cum Scholasticis verò in iis quæ ad vestitum attinent, magis quàm cum iis qui probantur, exterioris decentiæ ratio habeatur.

*Aegrotorū
cura.*

59 Aegrotorum cura habeatur magna, & obseruetur diligenter tam in victus ratione, quàm in ceteris, quæ medicus præscripserit.

*A seculari-
bus misa.*

60 Si cui particulari quidpiam ab externo aliquo mittatur, id in communem vsum accipatur ac dispensetur.

*Vsus reddi-
tuum Colle-
giorum.*

61 Caueat, ne qua Domus Professorum,
aut

aut aliquis eorum , vel Coadiutorum formarum, redditibus Collegij sui, præterquam in rebus minimis utatur , nisi is eidem Collegio necessarius sit , aut conueniens , vt in eo commoretur.

In Exa. c. 1.
§. 4. & p. 4.
c. 2. lit. F. &
P. 6. c. 2. §. 3.

62 Lites forenses fugiat , nec vllam incon-
sulto Prouinciali intenter, nec intentæ respon-
deat, nisi cogatur.

Lites fugien-
da.
Can. 26.
Congreg. 2.

63 Si bona alicuius ex nostris distribuenda
essent, si ineundi contractus, si fabrica alicuius
momenti & expensæ extraordinariæ faciendæ,
aut si bona offerantur Collegio cum aliqua
obligatione, rem ad Prouincialem deferat.

Expensa ex-
traordina-
ria.
P. 3. c. 1. §. 7.
& 9. & Can.
3. Cong. 2.

64 Depositum pecuniæ nullum prorsus
admittat; aliarum verò rerum non nisi cautif-
simè, dummodò sint eorum , quibus multum
debeamus , aut alioqui id officij sine magnâ
offensione denegari non possit.

Deposita non
admittatur.

65 Neminem ex nostris in causis ciuilibus,
nedum criminalibus , examinari (nisi qui ad
peccatum obligare potest, compelleret) per-
mittat absque licentiâ ; quam minimè dabit,
nisi in causis quæ ad religionem Catholicam
pertinent , aut alioqui piæ sint , & ita vni fa-
ueant, vt non in alterius detrimentum cedant.

Quando no-
stri in ciuili-
bus exami-
nandi.
P. 6. c. 3. §. 8.

De

*De auxilio animarum, communicatio-
ne cum externis, & gratitudine er-
ga fundatores & benefactores.*

CAPVT VII.

- Ministeria Societatis.*
P. 4. c. 8. §. 3.
& 6. & p. 7.
c. 4. §. 6. & 7.
- 66 **D**ET operam, vt à nostris ministeria Societatis, iuxta Prouincialis præscriptum, & cuiusque talentum, exercentur non solum in nostrâ, sed etiam in aliis ecclesiis, carceribus, & aliis locis, quantum commodè fieri poterit, nominatim quæ ministerium doctrinæ Christianæ commendatum habeat.
- Can. 21.
Congr. 1. &
Can. 20.
Cong. 2.
Exercitia*
- 67 Curet, vt nostri in spiritualibus exercitiis tradendis accuratè exercentur, postquam ea in se fuerint experti: nullus tamen deberet ea tradere, nisi prudentiâ ac rerum spiritualium vsu satis probatus esset.
- spiritualia à quo tradentur.*
P. 4. c. 8. §. 5.
& p. 7. c. 4. §. 8.
- 68 Non permittat, vt nostri curam mulierum religiosarum suscipiant, & aliarum quarumcumque, vt ordinariè illarum cōfessiones audiant vel ipsas regant: quamuis nihil repugnet aliquando apud eas concionari, aut semel vnius Monasterij confessiones, speciales ob causas, audire; quod tamen non fiet, nisi postulent ij qui eis præsunt.
- Religiosarum curam ne suscipiant nostri.*
P. 6. c. 3. §. 5.

69 *Etsi*

69 Etsi proprium Rectoris officium est, Collegium sibi commissum diligenter ac fideliter gubernare, neque is propter aliud quidquam huic muneri deesse debet; si quando tamen per officij sui occupationes licebit, & concionari, & confessiones audire, & alia Societatis ministeria exercere poterit.

*Concionari,
& Confessiones
audire
potest.
P. 9. c. 6. §. 1.*

70 Mulieres inuisere, aut ad eas scribere, nisi in necessitate, aut cum spe magni fructus, nostros non sinat: neque hoc quidem permittat, nisi viris valdè probatis & prudentibus.

*Mulierum
visitatio &
littera.*

71 Non permittat feminas Collegium nostrum ingredi.

*Collegium
non ingre-
diantur fe-
mina.
P. 3. c. 1. §. 14.*

72 Curet, ne primarios viros inuisere nostri consuecant, nisi sancto studio piorum operum ducerentur, vel quando intimâ benevolentiam in Domino coniuncti essent.

*Magni viri
quando in-
uisenda.
P. 6. c. 2. §. 9.*

73 Non sinat offerri munuscula, quæ magnatibus ad res maiores obtinendas offerri solent.

*Munuscula.
P. 6. c. 2. §. 9.*

74 Non permittat, ut nostri cibum capiant apud externos, aut ab eis, cum ægrotant, visitentur, nisi causa non levis momenti ad id concedendum moueret; quam eandem esse oportebit, si quando externus aliquis ad mensam, præsertim Refectorij, inuitandus videretur.

*Nostri non
capiant cibum
apud exter-
nos, nec ab
eis visitentur
cum ægro-
tant.*

75 Ami-

*Amici con-
seruandi,
&c.
P.4. c.10.
lit. C. & p.
10. lit. B.*

75 Amicos conseruare, & eos qui malè er-
ga nos affecti sunt, præcipuè si homines sint
non vulgaris auctoritatis, orationibus & ra-
tionibus conuenientibus in amicitiam reuo-
care, vel saltem ne aduersarij sint efficere stu-
deat.

*Gratitudo
erga funda-
tores, & be-
nefactores.
P.4. c.1.*

76 Obseruet, quæ erga fundatores & be-
nefactores, tam viuos quàm mortuos, obser-
uanda sunt, eisquè gratitudinem exhibeat: &
aliis obligationibus, si quas Collegium habet,
fatisferi curet.

*De iis qui admitti petunt, ad Colle-
gium diuertunt, aut foras mit-
tuntur.*

CAPVT VIII.

*In Societate
neminem
admittat.
P.1. c.1. §.2.*

77 **I**N Societatem neminem admittat, nisi
à Generali vel Prouinciali id ipsi com-
mittatur: sed de iis qui admitti petunt, ad
Prouincialem referat, vel scribat, quales illi
sint, & quibus donis Dei præditi.

*Quid cum
valde idoneis
agendum.
P.1. c.1. lit. A.*

78 Si is qui admitti petit, ad institutum
Societatis valdè idoneus videbitur, & neces-
sitas vigeret, poterit eum tamquàm hospitem
domi recipere, donec responsum à Prouincia-
li accipiat, vel ad eundem mittere, si expedire
iudicauerit.

79 Re-

79 Recedentem sine licentiâ ab alio loco Societatis, vel ab eâ dimissum non admittat: sed si expedire videretur ad Prouincialem de eo scribat, & eius ordinationem expectet, illo domi vt hospite, vel in alio pio loco, si videbitur, detento.

*Quid cum
veniente sine
licentiâ.*

*P. 2. c. 4. §. 1.
lit. A.*

80 Caritatem magnam exhibeat erga alios de Societate per Collegium transeuntes, eosque amanter hospitio excipiat: ac meminerit se aliquo viatico, aut eleemosynâ eos, si indigerent, iuuare posse: curet item diligenter dirigere ac iuuare expeditiones hospitem, qui negotiorum causâ domi versantur.

*Caritas erga
alios per do-
mos trans-
euntes.*

*P. 4. c. 2. lit.
F. & p. 6. c. 2.
lit. D.*

81 Externi ne accipiantur hospitio, vt domi pernoctent, nisi ij sint, quibus multum debeat, aut id officij sine magnâ offensione prætermitti non possit: quâ in re habeatur præcipua ratio religiosorum, cum necessitatis causâ ad nos diuertunt.

*Externi quâ
do domi per-
noctabunt.*

82 Cum quis domo egredietur, det ei socium conuenientem: si quando autem aliquis solus foras mittitur, is sit cui meritò possit confidere.

*Cum socio
domo egre-
diendum.*

P. 3. c. 1. §. 3.

83 Neminem ex suo Collegio in alium locum mittat sine litteris patentibus.

*Non sine pa-
tentibus
mittendis.*

84 Si quis experimento comperiretur ferre non posse Collegij cælum, & malè habere continenter cerneretur, vel aliâ ratione videretur mutandus, Prouincialem admoneat, aliò mitti debeat.

*P. 7. c. 2. lit.
M.*

*Quid de ma-
lè habenti-
bus.*

*P. 3. c. 2. lit.
G.*

85 Pro-

*Quid cum
profecturis
alio.*

85 Profecturi ad alia loca, eâ quam sotta-
nam vocant, & aliis interioribus indumentis
quibus vtuntur, priuari non debent, nisi fortè
ratio temporis, aut alioqui caritas suaderet
melioribus esse commutanda. Reliqua verò
omnia, quæ ad iter necessaria erunt, magnâ car-
ritatis significatione ab eo loco, vnde mittun-
tur, subministrentur, sumptibus tamen eorum
quorum erit expensas itineris soluere.

R E G V L Æ

EXAMINATORIS.

*Quæ in Examinatore requirantur, &
quid præstare debeat.*

C A P V T I.

*Qualis esse
debeat.
P. 1. c. 1. §. 4.*

I QVI examinat eos qui Societatem in-
gredi petunt, habeat oportet cogni-
tionem rerum eiusdem Societatis, ac zelum
boni progressus ipsius, vt nullâ ratione dimo-
ueri ab eo possit, quod magis in Domino con-
uenire iudicauerit.

*Quales ad-
mittendi.
P. 1. c. 1. lit.
C.*

2 Moderatus admodum sit in admittendi
desiderio: nam vt par est sollicitè cooperari

VO-

vocationi Diuinæ, vt augeatur in Societate numerus operariorum vineæ Christi; ita diligenter curandum est, ne quis admittatur, nisi qui illis Dei donis præditus sit, quæ ad ipsius gloriam hoc institutum exigit.

3 Quando aliquis Societatem ingredi petit, primus ipse agat cum eo, vt intelligat, quæ sint eius dotes & vocatio: si quis autem clarè deprehenderetur ineptus ad institutum Societatis, Superiori significet, & acceptâ ab eo facultate, illum consilio, & si quid aliud caritas suggerit, adiutû, statim dimittat: alios verò ad eos mittat, qui à Superiore designati fuerint, vt cum illis colloquantur.

Eorum dotes agnoscat.

P. 1. c. 1. §. 3.

Ibid. c. 4. §. 2.

Eod. c. 4. lit. D.

4 Postquàm omnes designati eum, qui admitti desiderat, allocuti fuerint, curet Examinator, vt à Superiore vocentur, & referant, quid de eo sentiant: Superior autem quid factò opus sit constituet.

Superiorem informet.

5 Si ille qui ingredi cupit, nulli fuerit famis notus, intellecto eius nomine, & eorum, quibus cognitus est, extra domum inquiri poterit, cuiusmodi homo ille sit: iuuabit etiam ad hoc ipsum, si ad sacramenta in ecclesiâ nostrâ frequenter accedat. Quòd si adhuc de eo dubitaretur, non parum conferet, si in spiritualibus exercitiis constituatur: quibus peractis, si res nondum constaret, intelligat à Superiore vtrum differendum responsum, aut omnino dimittendus sit.

Quid cum non admodum notis.

P. 1. c. 4.

lit. D.

Ibid. §. 3. lit. C.

H

Breue

Breue examen quo vti debet cum iis qui ingredi petunt.

C A P V T II.

De essentialibus impedimentis interrogandi.
In Exa. c. 2.
& p. 1. c. 3.

6 IN primis qui admitti vult, interrogetur decenter de quinque impedimentis essentialibus, prudenter tamen, vt ea impedimenta esse quæ à Societate excludunt, ille non intelligat, ne verum occultandi occasionem accipiat,

Quid cum impedimentum innotuerit.
In Exa. c. 2.
§. 7.

7 Si aliquod ex iis impedimentis, in quorumquam detegeretur, non est quod vlteriùs procedatur, sed, quoad fieri poterit, cum consolatione dimittatur: si tamen in eo dona aliqua Dei illustriora cernerentur, priùs oporteret rem omnem cum Superiore conferre.

Quærenda circa vocationem.
In Exa. c. 3.
§. 13.

8 Si nullum tale impedimentum esset, vlteriùs interrogetur, an omnino decreuit saculum relinquere, quibus de causis, aut quomodo desideria hæc ei in mentem venerint, & quàm dudum ea habuerit; an in hac animi sententiâ remissior aliquando factus fuerit, & quatenus.

Tempus vocationis.
In Exa. c. 3.
§. 14.

9 A quo tempore deliberauerit Societatem ingredi, & quid ipsum impulerit, vt hoc potiùs quàm aliud institutum amplecteretur. An à quoquam, præsertim è nostris, primùm ad id motus

motus fuerit. Num deliberatum habeat animi propositum viuendi & moriendi in Domino in hac Societate. Et an fuerit in eam aliàs admissus, & quare sit egressus.

10 Num habeat æs alienum, aut alias obligationes. Num morbum aliquem occultum, vel manifestum, & an hereditarium, vel defectum in aliquâ sui parte patiatur.

Qua obligatio.
In Exa. c.3. §.6.
Ibid. §.8.

11 Interrogetur de ætate, patriâ, parentibus, & eorum conditione, an rerum temporalium penuriâ premantur, & an eâ causâ vel quacumque aliâ necessariò ipsius operâ indigeant, aut probabiliter indigere possint.

De penuriâ parentum, &c.
In Exa. c.3. §.1.
Ibid. §.2.

12 An sit ex legitimo matrimonio, num à progenitoribus iam olim Christianis, an à modernis, vel hæreticis descendat. An aliquis ex eius progenitoribus notatus fuerit, vel declaratus ob aliquem errorem contra nostram Christianam & Catholicam Religionem.

De parentiæ origine.
In Exa. c.3. §.2.

13 Si litteris præditus est, interrogetur, ubi eis operam dederit, quantum profecerit: ingenij autem & iudicij specimen ex sermone & aliis conicere licebit.

Circa doctrinam & prudentiam.
In Exam. c.5. §.1.

14 Si Coadiutor est futurus, petatur de ætate ac viribus; an omnino sorte Marthæ contentus futurus sit, & num aliquam artem nouerit; & obseruetur, an ad virtutem & deuotionem propensus sit.

Quid à Coadiutoribus petet.
P.1. c.2. §.2. & 3.

15 Tandem curandum est, vt qui admitti

vt instituti intelligant.

cœnatio sit communis, mensâ aliquâ Nouitiis & eorum Magistro designatâ.

Quando pœnitentias imponet.

6 Hic Magister Nouitiorum pœnitentias in Nouitiatu tantùm suis Nouitiis imponere poterit, extra verò, non nisi consulto Superiore.

Potestas ordinaria absoluedi à referuatis.

7 Habeat hic idem Magister Nouitiorum potestatem ordinariam absoluedi à casibus referuatis Nouitios, qui sub ipsius curâ degunt; nisi eius Superiori hæc facultas aliquâ de causâ restringenda videretur.

Versatus sit in lectione librorum spiritualiũ.

8 Versatum esse oportebit in lectione librorum spiritualium, vt deceptiones, quæ in spirituali vitâ accidunt, non tantùm experimento, sed etiam lectione intelligat. Quibus autem vtiliter ipse vti poterit, ij ferè sunt, qui in subiecto Catalogo numerantur. Nouitiis verò eos tantùm legendos tradet, qui nostro instituto conueniunt, ne quid ab eo alienum hauriant, aut quacumque ratione quidquam detrimenti capiant.

LIBRI

Ad vsum Magistri Nouitiorum
accommodati.

BASILII Ascetica, & Regulæ.

Gregorij Moralia.

Augustini Confessiones, & meditationes.

Bernardus.

Bonauenturæ Opuscula.

Cassianus.

Homiliæ Dorothei, Macarij, Cæsarij Arela-
tensis Episcopi.

Opuscula Ephrem, Nili, Esaia Abbatis.

Diadochus.

Hugo de S. Victore, de Claustro animæ.

Richardus de S. Victore.

Humberti Institutiones Spiritualis vitæ.

Innocentius de contemptu mundi.

Thomas de Kempis de imitatione Christi, &
alia eius opuscula.

Vincentij tractatus de vitâ spirituali.

Ludouici Blosij opera.

Dionysij Carthusiani opuscula.

Albertus Magnus de Virtutibus.

Epistolæ Catharinæ Senensis.

Ludolphus de vitâ Christi.

H 4

Hi-

Historici.

GREGORII Dialogi.

Gregorius Turonensis de gloriâ Confessorum, & vitâ S. Martini.

Eusebij historia Ecclesiastica.

Seuerus Sulpitius de vitâ S. Martini.

Vitæ Patrum selectæ.

Vitæ Sanctorum, Lipomani & Suriij.

Petrus Damianus.

Petrus Cluniacensis de miraculis.

Litteræ Indicæ.

Vita Patris N. IGNATII, & alij similes ad Nouitiorum vtilitatem accommodati: ex quibus desumet aliquos pro illorum vsu.

De prima probatione.

CAPVT II.

*Admissus
quanto tem-
pore hospitiū
more diuer-
sabitur.
In ex. c. 1. §.
13. & p. 1.
c. 4. §. 1.*

9 POST QUAM in Domino statuetur, ad probationem aliquem admittendum esse, in domo vel habitatione separatâ primæ probationis, hospitem more duodecim dies, vel vsque ad viginti, & amplius, prout Superiori videbitur, diuersetur: vteo tempore de iis, quæ pertinent ad Societatem ipse certior redda-

reddatur, & Societas eundem plenius in Domino cognoscat.

10 Postridie ei declarabitur, quomodo in eo loco se gerere debeat, ac nominatim ne verbo aut scripto (nisi Superiori aliquâ de causâ non leuis momenti aliud videretur) cum externis vel domesticis agat, præterquam cum iis, quos ad id Superior designauerit.

Ei quomodo se gerere debeat declarandum.
P. 1. c. 4. §. 4.

11 Librum completum Examinis absque declarationibus, Latinâ linguâ pro iis qui eam intelligunt, & vulgari pro aliis habeat, nec non & eisdem linguis Summarium Constitutionum, & regulas communes habere debet.

Ad id necessarios libros habebit.
P. 1. c. 1. lit. D.

12 Elapsis duobus aut tribus diebus examinari accuratius incipiat, & relinquatur ei scriptum prædictum Examen, vt solus id maturius consideret, nisi in aliquo particulari aliud examen breuius proponendum esse Superior iudicauerit.

Quando examinabitur accuratius.
In Ex. c. 1. §. 13. & lit. A. & p. 1. c. 4. §. 5.

13 Postea litteræ Apostolicæ Iulij III. anno 1550. & Summarium Constitutionum, & Regulae communes eidem ostendantur, & relinquuntur, vt omnia per otium magis consideret: iis verò qui litteras Apostolicas Latinas non intelligerent, satis esset earum summam declarare.

Consideret Regulas & litteras Apostolicas.
In Ex. c. 1. §. 13. & p. 1. c. 4. §. 5.

14 Ordo examinandi esse debet, in primis proponere, ac prosequi, quæ quatuor primis capitibus Examinis continentur: deinde ea quæ speciatim ad litteratos pertinent, vel

Ordo examinandi.
In Ex. c. 1. lit. E.

Coadiutores, vel Scholares, aut Indifferentes: quamuis autem omnibus integrum Examen relinquatur, non sunt tamen omnes particulatim examinandi, nisi de iis, quæ ad vnumquemque pertinent: & si quid alicuius momenti occurrerit, quod Superiorem scire oporteat, scripto notabit.

*Qua magis
illi expli-
canda.*

15 In his omnibus proponendis & declarandis paulatim procedatur, vt qui examinantur, res omnes nostri Instituti, iuxta ipsorum gradum, benè percipiant, ad suam maiorem satisfactionem & stabilitatem: & illa præsertim sunt magis explicanda, quæ postea aliquam difficultatem afferre possent, vt de animi promptitudine ad seruiendum Deo vbique & in re quauis; de manifestatione tum suorum tum alienorum defectuum iuxta Constitutiones; de manifestatione etiam conscientiaë statutis temporibus, de indifferentia ad gradus Societatis in Scholaribus & litteratis: ad quam indifferentiam disertè intelligant, tum initio cum Societatem ingrediuntur, tum postea sexto quoque mense, præcipuè verò cum vota biennio elapso emittere debent, Nostros omnes obligari quarto quodam voto; quod verba illa formulæ votorum scholasticorum continent, scilicet (*Promitto eandem Societatem me ingressurum*) vt scilicet gradum Coadiutoris formati, vel professi recipiant, prout Generalis Præpositus iudicauerit.

Decr. 93.
§. 16. Cóg. 7.

Ex Decr. 66.
§. Cong.
Gen.

16 Si quis ad studia maiorem propensionem quàm par esset & minorem indifferen-
tiam, quàm ad alia ministeria Societatis præse-
ferret, & videretur nihilominùs ad ea minùs
aptus, non tantùm proponatur ei scriptum
Examen, vt reliquis; sed & §. 2. cap. 7. accuratè
illi explicetur, interrogeturque an patienter se
dimitti sinet à Societate dummodò ab omni
voto ac promissione liber maneat.

*Quid cum
propenso ad
studia &
non indiffe-
rente.*
Decr. 78.
Cong. 4.

17 Admoneatur, vt verè omnino ac sincerè
respondeat: nam aliter multa grauiacom-
moda inde oriri possent; & nihilominùs ad-
moneri Confessarium oportet, vt si quis verè
non respondisset, eius de eà re conscientiam
stimulet.

*Quid cum
non sincerè
respondit.*
In Ex. c. 3. §. 1.
& lit. A. &
c. 2. lit. A.

18 Si quid erit in interrogationibus, quod
secretum requirat, id obseruabitur, vt par est,
& interrogato placuerit: declaretur tamen ei,
quòd iuxta Constitutiones licebit rem om-
nem Superiori manifestare.

*In interro-
gationibus
seruandum
secretum.*
In Ex. c. 3. §. 1.
Ibid. c. 4. §. 8.

19 Promittat relicturum se omnia bona
sua post vnum annum ab ingressu, quando-
cumque iniunctum à Superiore ei fuerit: & de-
claretur, quòd actus huius promissionis, nec
votum est, nec solum propositum, sed promissio
simplex, illà conditione affecta, si ipse per-
seuerauerit, & Superior ei iniunxerit.

*Promissio ab-
dicandi se
bonis.*
In Exa. c. 4.
§. 2. & Can. 1.
Cong. 3.

20 Hoc tempore primæ probationis per
quinque vel sex dies accuratè informetur
prædicto modo de iis quæ ad institutum
& ad

*Accuratè
informetur
de instituto.*
P. 1. c. 4. §. 1.
& Decr. 78.
Cong. 4.

ad ipsos pertinent, & lectione alicuius pij libelli, qualis esset de imitatione Christi, subinde recreentur.

*Coadiutores
temporales,
quomodo in-
struendi.*

21 Coadiutores verò temporales, qui legere non didicerunt, aut qui minùs ad hæc tractanda idonei videbuntur, quamuis in propriâ vocatione, iuxta ipsorum captum, plenè instituendi sunt; poterunt tamen hoc tempore aliquo exercitio corporali, aut labore manuum, iudicio Superiorum, occupari, seiuncti tamen ab aliis.

*Lectiones
prælegenda
& exhorta-
tio facienda.
In Ex. c. 5. §.
6. & p. 1. c. 4.
§. 5. & decr.
78. Congr. 4.*

22 Deinde qui litteris operam dederunt, de singulis facultatibus, in quibus versati sunt, singulas prælegant lectiones coram eis qui à Superiore ad eorum talentum cognoscendum in doctrinâ & proponendi modo sunt constituti, & postea exhortationem vnam quisque faciat.

*Spiritualia
Exercitia,
primum ex-
perimentum.
Decr. 78.
Congreg. 4.*

23 Tum si quis, antequàm fuerit in Societatem admissus, spiritualia Exercitia non fecerit, hoc primum experimentum (vt sequenti capite, vbi de experimentis agitur, mox dicitur) iuxta 4. c. Exa. §. 10. aggrediatur, & iuxta exercitia suo tempore generaliter confiteatur; nisi ante ingressum fuerit alicui de Societate generaliter confessus: tunc enim satis erit, si ab eo tempore generalem confessionem incipiat: & eodem tempore conscientiam suam Superiori, aut ei quem Superior designauerit, aperiat, iuxta par. 1. Const. c. 4. §. 6. & si ab aliquâ

Exa. c. 4. §. 4.

Exa. c. 4.
§. 36.

cen-

cenfurâ virtute nostrorum priuilegiorum absolutus fuerit, admoneatur quòd si non perseuerauerit, in eandem reincidet. Declaretur etiam illi, si quæ vota cùm adhuc esset in sæculo emisit (præterquàm religionis determinatæ) in nostrâ Societate tam diu suspensa esse, dum ipse in Societate manserit; quòd si recesserit, eadem obligatione teneri, quâ ante ingressum tenebatur. Expleto autem tempore huius experimenti, sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum accipiet, & communem domum habitationis ingrediatur, vbi cum aliis versari, & in secundâ probatione diutius exerceri Nouitij solent.

Can. 22.
Congr. 1.

P. 1. c. 4. §. 6.

24 Si vel cuiusquam valetudo, vel aliqua temporis aut personæ ratio persuaserit, non esse tam diu hæc mentalia exercitia continuanda, antequàm exercitia aggrediatur, per quatuor vel quinque dies vacare, & separatim recreari poterit; vel si Magistro Nouitiorum videretur, factâ confessione generali, & peractis exercitiis primæ hebdomadæ. Sed quando hæc relaxatio longiùs ob valetudinem aut aliam rationem protrahenda Magistro Nouitiorum visa fuerit, poterit sumpta Eucharistiâ etiam ad communem conuictum admitti; & vbi firmior fuerit, sua exercitia peraget.

Qua causa
differendi
spiritualia
Exercitia.
Dec. 78.
Congreg. 4.

25 Si Superior iudicauerit eum Domi retinendum, curet vt in libro ad id designato, quem penes se Procurator habere debet, scri-

Afferuntur, qua à
Nouitiis afferuntur.

batur

In Ex. c. 4. §. 4. & p. 1. c. 4. §. 6. batur quidquid vnusquisque Domum attulerit, cum subscriptione eius qui examinatus est, & vt hæc alicubi separatim afferentur, quousque biennio expleto consueta vota emiserit.

Notet diem
ingressus
vniuscuiusque.

P. 1. c. 4. §. 6.

26 In alio libro, quem apud se habebit, notabit diem & annum ingressus vniuscuiusque, incipiendo à die, quo primùm probationem intrauit; & nomen & patriam, & quòd contentus sit obseruare omnia ei proposita. Quãdo verò aliqui in Coadiutores temporales & Indifferetes admittentur, speciatim id scripto declaretur, quòd vt tales examinati & admissi fuerint; & hæc, qui examinatus est, manu suã subscribat; & si scribere nescit, alius eius nomine scribat.

De secundâ probatione.

CAPVT III.

De experimentis.

Experimenta 27 **I**N primis diligenter curet, vt Nouitij sex illis experimentis, quæ in Constitutionibus traduntur, seriò & cum desiderato fructu exercentur: intelligatque præcipuam Nouitiatu partem in his probationibus positam esse.

In Exa. c. 4. §. 9.

28. Exer-

28 Exercitia spiritualia primùm singulis, *Quomodo*
 eo quo procedunt ordine, præscripto tempo- *Exercitia*
 re atque exactè tradantur, secundùm vniusc- *Spiritualia*
 iusque dispositionem & captum, iuxta Regu- *tradenda.*
 las libri Exercitiorum; prætermis- *In Exa. c. 4.*
 sis tamen his, *§. 10. & p. 3.*
 quæ ad electiones spectant; vt inde, præter alia, *c. 1. §. 20.*
 certam ac nostro instituto consentaneam
 mente & voce orandi rationem habeant,
 quam in posterum seruare debeant.

29 Quoad secundum Experimentum, quo *Secundum*
 hospitalibus per mensem seruire debent, vi- *Experimen-*
 debit ipse, quid magis expediat, an nostros ibi- *tum quomo-*
 dem cibum capere & dormire, an verò per ali- *do peragen-*
 quot horas quotidie ministerium ægris im- *dum.*
 pendere. *In Exa. c. 4.*
§. 11.

30 In hac probatione aduertat, ne nostri *Morbos ac*
 nimio feruore suæ valetudini noceant, aut *mulieres ut-*
 periculo contagionis alicuius morbi se expo- *sent ubi sunt.*
 nant: admonebitque, ne ingrediantur par-
 tem illam Xenodochij, vbi mulieres habitare
 solent.

31 Mense alio ad peregrinandum sine pe- *Peregrina-*
 cuniâ mittantur, ostiatim pro Christi amore *tiones.*
 mendicando, vt ad incommoditatem come- *In Exa. c. 4.*
 dendi & dormiendi assuescant, & vt omni spe *§. 12.*
 abiectâ, quam in pecuniis & rebus aliis creatis
 possent constituere, eam integrè & verâ cum
 fiduciâ in Domino constituent.

32 Aduertendum, ne imbecilles aut te- *Quomodo*
 nerioris ætatis his peregrinationibus nota- *subeunda.*
 bile

In Exa. c. 4.
§. 20.

Ibid. §. 19.
& 22.

Advertentiis
in 4. experi-
mento.

In Exa. c. 4.
§. 13.

Novitiorum
cuya extra
Domum
probationis.
In Exa. c. 4.
§. 16.
P. 3. c. 1. lit.
D.

Doctrina
Christiane
qualis usus.
In Exa. c. 4.
§. 14.

bile detrimentum patiantur, ne fiant asperiore hyeme, aut feruentiore ætate; illisque regulas Peregrinorum, litteras patentes, & cum opus erit, particularem etiam instructionem tradet, & ab ultimo loco, ad quem perueniunt, testimonium à Superiore Domus vel Collegij Societatis, si ibi fuerit, vel ab alio fide digno secum ferant, quod suam deuotionem secuti sine vllâ cuiusquam querelâ eò peruenerint. Et in secundo, quinto, & sexto experimento, iuxta Constitutiones idem feruetur.

33 In quarto Experimento, quo in officiis abiectis exercentur, aduertat, ne nimiam corporis fatigatione spiritus obruatur: & à Scholasticis fiat potius ad propriam cuiusque abnegationem & humiliationem, quam pro domesticâ aliquâ necessitate. Dum autem hæc probatio fit in Domo probationis, vacabit qui ita probatur, ab aliis exercitiis aliorum Novitiorum, exceptis conferentiis & exhortatione ordinariâ.

34 Cum hæc probatio non fit in Domo probationis, sed in Domibus professis aut Collegiis, sit aliquis qui Novitiorum peculiarem curam gerat, ubi in recreatione separati sint, adiunctis aliis, à quibus in Domino adiuuari possint.

35 In docendâ doctrinâ Christianâ pueros ac personas rudes, publicè vel priuatim, prout occasio se obtulerit, & in Domino ei commodius

dus visum fuerit, tamquam in re propria nostri instituti Nouitios exercendos curabit, habitum personarum ratione.

36 In confessionibus audiendis, & prædicatione Diuini verbi, Domi aut foris, circa finem primi anni probentur, qui ad huiusmodi ministeria idonei inuenientur, & bonæ ædificationis specimen iam dederint; eo tamen modo, ne tamquam operarij ordinarij ad ministeria hæc exercenda exponantur, sed breui tempore, & ad probationem.

Qui probandi in confessionibus & prædicatione.
In Exa. c. 4. §. 15.

37 Tametsi Exercitia spiritualia exactè omnibus in principio tradenda sunt; quo ad reliqua tamen experimenta, si quod eorum permutandum, aut multum moderandum iudicaret, id ne faciat inconsulto Prouinciali: quamquam anteponeere aut postponere ipse ea poterit, pro ratione personarum, temporum, aut locorum.

Experimentorum permutatio.

38 Aduertat, vt hæc probationes inter se debitis spatiis distinguantur, ita vt Nouitij vnâ peractâ, aliquam diu ad solita exercitia Domus probationis redeant; vt corpore & spiritu recreati, vberiore fructum ex præteritis laboribus colligant, eâ tamen ratione, vt intra annum omnes absoluantur. Quod si peculiari aliquâ de causâ hæc probationes ad secundum annum differendæ viderentur, prius Prouincialis consulatur.

Probationes ex interuallo intra annum absoluantur.

In Exa. c. 2. §. 16.

39 Præter hæc experimenta, alia fieri hoc biennio

Alia experimenta fieri.

I

biennio

*Et hæc repeti
possunt.*

In Exa. c.4.

§.16. & p.9.

c.3. §.8. lit.E.

biennio probationis possunt, & hæc eadem ex parte repeti, quando in Domino ita expedire iudicauerit: & quidem omnia cum maturitate, & prudentiâ, & ædificatione etiam exteriorum, sunt facienda.

De institutione & regimine Nouitiorum.

*Mortifica-
tiones publi-
cæ ordina-
viæ.*

40 **N**E fiant mortificationes publicæ, nisi Ordinariæ, iuxta Constitutiones, vt sunt præter solita experimenta, petere ostium elemosynam, comitari emptorem ad cõportanda ea quæ emuntur, indui vestibus vi-
lioribus, quæ tamen religiosos deceant, & alia id genus, vt in officio Rectoris dicitur.

*Quando ve-
stitus humili
probenitur.
P.3.c.2.lit.C.
& in Exa.
c.1. §.13. lit.
F.*

41 Conuenit vt qui probantur, vestitus ratione ad mortificationem & abnegationem sui, & ad mundum eiusque vanitatem sub pedibus conculcandam, iuuentur; & id quidem quantum consuetudo, officium, & personarum circumstantiæ patientur. Discretionem autem eius relinquitur, habitâ ratione ædificationis, an cum eisdem vestibus, quas ex sæculo tulerunt, incedere sint permittendi, an verò cum aliis eas permutari oporteat.

*Obedientiâ,
& paupertate
exerceantur.
P.3.c.1.lit.
V.*

42 Conferet, vt aliquando occasionem præbeat iis qui probantur, exercendi obedientiæ & paupertatis virtutem, eosdem tentando ad

ad maiorem ipsorum vtilitatem spiritualem: in hoc tamen mensura iuxta vniuscuiusque vires obseruetur.

43 In pœnitentiis & corporis afflictionibus aduertat, ne nimius huiusmodi rerum vsus tantoperè vires debilitet, vt postea ad ministeria nostri instituti inutiles reddantur: nec contra tanta in illis sit relaxatio, vt feruore spiritus refrigescente, humani ac inferiores affectus incalescant.

Modus in pœnitentiis. P. 6. c. 3. §. 1.

44 Lectiones fiant de his quæ ad institutum pertinent, & continentur Litteris Apostolicis, Regulis, & Constitutionibus; præcipuè verò de iis quæ in Examine, & tertiâ Parte habentur, aut de aliis quæ eò feruntur, mutatâ interdum materiâ, vt tædium tollatur: modus verò lectionum facilis sit & simplex, & ad Nouitiorum animos ad instituti amorem, & solidarum virtutum perfectionem promouendos accommodatus.

Lectiones de rebus Instituti.

45 Explicetur breui enarratione doctrina Christiana, ac modus benè & cum fructu confitendi, communicandi, Missam audiendi, & eidem decenter ministrandi; orandi iridem, meditando, & libros denique pios legendi pro captu vniuscuiusque, tradatur.

Doctrina Christiana & modus in Sacramentis, Missâ, oratione, lectione tenendus.

46 Admoneat crebrò Nouitios, vt in omnibus rebus Deum quærant, & in suis actibus intentionem puram ad Dei beneplacitum dirigant; vt familiares cum Deo in spiritualibus

P. 3. c. 2. §. 2. c. Quibus de rebus Nouitij crebrò monendi.

P. 3. c. 1. §. 26. P. 10. §. 2.

P. 6. c. 1. §. 1. deuotionis exercitiis esse curent ; & tandem ita sint instructi Nouitij , vt nihil perfectionis, quod diuinâ gratiâ consequi possint in absolutâ nostri instituti obseruatione, prætermittant.

Omnes perfectos habeat. & rationem suam suauiter exigat.

47 Omnes perfectos habeat, vt magis illis prodesse possit : ad quod iuuabit , cum illis frequenter sigillatim agere , & rationem ab vnoquoque rerum suarum suauiter exigere : in his autem priuatis colloquiis magnam utilitatem positam esse sciat.

In Regula modestia insinuat.

P. 3. c. 1. §. 4.

48 Det operam vt Nouitij religiosam modestiam præferant , iuxta Constitutiones, & regulas , quæ de eâ conscriptæ sunt ; in quibus tempore Nouitiatus diligenter instituendi erunt.

Rerum spiritualium rationem requirat.

49 Cognoscat , quem procedendi modum in oratione & examine seruent : & petat interdum, an contra aliquem defectum adhibeant examen particulare, & quando resistunt tentationibus, an propriis remediis vtantur: in acquirendis virtutibus quam rationem teneant : & intelligat demum, an in his omnibus præstent ea quæ ab ipso acceperunt.

Quando quis mutandus de loco.

P. 3. c. 1. lit. A.

Quales in cubiculo sint.

P. 3. c. 1. lit.

D.

50 Si aliquis sollicitetur vel perturbetur ab hominibus, qui in viâ spiritus non benè procedunt, & expediat illum in alium locum transferri, Prouincialem tempestiuè moneat.

51 Si duo in eodem cubiculo habitent, alter eorum eiusmodi sit , vt minimè dubitetur,

tur, quin alter sit eius societate profecturus: & eandem ob causam inter cubicula, quæ seorsum vnicuique iuniorum assignantur, par est aliquos maturos ex antiquioribus intermisceri.

52 Si aliquando permittendum videretur, vt aliquis consanguineos vel amicos, quos in sæculo habebat, alloqueretur, coram aliquo à Superiore ad id designato id fiat, & breuiter; nisi particulares ob causas aliud statueret Superior totius Domus vel Collegij.

Quando, & quomodo cõ externis loquendum.
P. 3. c. 1. lit. B.

53 Nouitij non sunt, vt plurimum, assignandi in socios nostris, qui adeunt domos sæcularium; nec debent habere officia publica, in quibus necessarium sit agere cum externis, vt Emptoris, Ianitoris, & Sacristæ.

Officia publica ne habeant.

54 Videat, num aliqui in schedulis Nouitiis assignandi sint, vt cum eis loqui possint, quorum exemplo & colloquiis proficiant in Domino: & si cum aliis sine facultate egerint, debitam eis pœnitentiam iniungat.

Assignandi qui cum Nouitiis loqui possint.
P. 3. c. 1. §. 3. & lit. D.

55 Admoneat eos, ne vota ante bienium emittant sine Superioris facultate, quam in primo anno nouitiatus, solus Provincialis re maturè consideratâ dare poterit. Horum autem, qui hæc vota semel apud se ex licentiâ Superioris, iuxta formulam Societatis emiserint, memoria in libro aliquo asseruetur, & postea tempore nouitiatus, bis

Facultas, & modus emittendi vota ante bienium.
P. 3. c. 1. lit. T.
P. 5. c. 4. lit. G.

Can. 9. in anno statutis temporibus, seorsum ab aliis,
 Congreg. 4. qui biennium expleuerunt, ipsi simul inter se
 Can. 1. illa renouabunt.
 Cong. 2.

*Quid de
 ineptis.*

56 Diligenter obseruare debet in toto probationis decursu, an ineptus aliquis, aut inutilis nostro instituto probabiliter futurus sit: in quo maior habenda est ratio boni communis Societatis ad gloriam Dei, quam particularis cuiusque: quid autem sentiat in hac re, ad minimum sexto quoque mense ad Prouincialem scribat, vt ipse prouideat.

*Vota in fine
 biennij emittenda.*

In Ex. c. 1. §.
 12. & c. 4.
 §. 43.
 Ibid. c. 4.
 §. 41.
 In Ex. c. 4.
 §. 16.

Ex. dec. 66. §.
 Cong. Gen.

57 De singulis etiam sub finem biennij ad eundem scribat; vt cum illius facultate consueta vota Societatis emittant, aut diutius probentur: prius autem quam vota emittant, per hebdomadae spatium se colligant, & aliqua exercitia spiritualia, praeter alia quae praescripta sunt, faciant. Curandum autem erit, vt in libro, in quo notantur nomina eorum, qui huiusmodi vota simplicia emittunt, postquam illa quis emiseric, subscribat se tali die & anno emisisse vota, & clarè intellexisse vim illius promissionis esse manere se obligatum ad eam indifferentiam, de qua in Regula 15. dictum est, in hanc formam:

*Formula
 subscriptio-
 nis.*

Ego (N.) statis temporibus examinatus emisi vota Scholasticorum approbatorum, iuxta formulam consuetam Societatis, die tali, & anno, celebrante (N.) & clarè intellexi illis verbis, Promitto me ingressurum, &c. contineri quartum votum, quo me obli-
 gaui

gauri ad acceptandum quemcumque gradum Coadiutoris formati, siue Professi, prout Preposito Generali ad maius Dei obsequium fore videbitur.

58 Scholastici qui studiis absolutis tertium probationis annum peragunt, in variis experimentis, & speciatim in nonnullis iam dictis, quamuis illis prius iam perfuncti fuerint, probentur. Huius autem probationis tempore in scholâ affectus se exercent, & in rebus spiritualibus, & corporalibus, quæ ad profectum in humilitate, & abnegatione vniuersi amoris sensualis, voluntatis, & iudicij proprii, & ad maiorem cognitionem & amorem Dei conferunt, insistant.

59 Adhibeat diligentiam, vt Coadiutores temporales in modo orandi iuxta Constitutiones instruantur; eosq; mysteria Rosarij doceat, & priuatim instruat, vt ad suæ vocationis ministeria afficiantur, & sorte Marthæ contenti sint.

60 Exhortationibus ordinariis omnes intersint; Coadiutores tamen temporales, & Indifferentes non interrogentur in Conferentiis, nisi cum rerum & personarum delectu, nec ad Tonos conueniant: & ij quidem per annum ad minimum in Domo probationis sint: reliquo autem biennij tempore sic sub curâ Magistri erunt, vt aliis officiis ad instar aliorum Coadiutorum vacare possint, & tempus ordinarium orationis Domus vel Col-

Tertia probationis peragenda modus.

In Exa. c. 4. §. 16.

P. 5. c. 2. §. 1.

Coadiutores in quibus instruendi.

P. 4. c. 4.

§. 41.

In Exa. c. 6.

§. 6. & 7. &

p. 1. c. 2. §. 2.

Exhortationibus omnes intersint.

In conferentiis quinam interrogandi.

Dec. 93. §. 15.

Cong. 7.

legij, ubi agent, habeant: experimenta tamen, ad quæ apti fuerint, intra annum absoluant.

*Lectioes,
conferentia,
& toni.*

61 Quando erit concio Domi vel in ecclesiâ, quam Nouitij sint audituri, eo die à Lectionibus, & Conferentiis, & Tonis liberi erunt.

Dies vacationis.

62 Singulis hebdomadis die vnâ à solitis exercitiis vacent, in quâ aliquid honestæ recreationis poterunt sumere Domi vel foris.

De examine semestri Nouitiorum.

*Sexto quoque mense
consideranda.
In Exa. c. 1.
§. 13. & c. 4.
§. 4.
P. 1. c. 1. lit.
D.*

63 **S**exto quoque mense per biennium Probationis, litteras Apostolicas, & Regulas vnusquisque videre & considerare debet, & Examen relicto secundo & tertio capite, & aliis, quæ ad gradum suum non pertinēt, vt Regulâ 12. & 13. dictum est. Deinde postquam hæc omnia viderit, interrogetur:

*De quibus est
præterea in-
terrogandus.*

64 An prædictis omnibus contentus sit, an verò aliquid dubij vel difficultatis circa ea occurrat: quæ experimenta peregerit, & quomodò in illis se habuerit.

*Propositum
vocationis.
In Exa. c. 5.
§. 4.
Ibid. c. 3.
§. 14.*

65 An vires sibi corporales, & spirituales suppetere sentiat ad labores perferendos, qui in Societate requiruntur: num deliberatum habeat animi propositum viuendi & moriendi in hac Societate IESU Domini Nostri.

66 Exa-

66 Examen hoc factum esse notetur scripto, vt constet. Quòd si quid noui occurrat, aut si qua mutatio alicuius momenti accidat, Superiorem certio rem reddat.

*Examen
scripto con-
stet.*

67 Demum qui sic examinatus est, reddet rationem conscientiae suae Superiori, aut ei quem Superior delegauerit: & ab ultimâ confessione generali incipiendo generaliter confitebitur Sacerdoti qui fuerit à Superiore designatus.

*Cui ratio
conscientiae,
& generalis
confessio fa-
cienda.
In Exa.c.4.
§.48.
Ibid. §.41.*

De ordine Domus Probationis.

C A P V T I V.

68 **N**OVI TII manè post pulsùm campanæ, dum surgunt, dum se induunt, & lectum decenter operiunt, aliquas orationes ad Deum fundant, aut aliquid in Domino meditentur: & reliquo semihoræ spatio, piâ aliquâ lectione, aut aliâ ratione ad orationem se præparare poterunt.

*Quid manè
cum surgūt.*

69 Postea integram horam orationi mentali aut vocali, vel meditationi dent, iuxta cuiusque captum, & Magistri Nouitiorum instructionem.

*Vnâ horâ
orabunt.
P.4.c.4. §.3.
& 4.lit.B. &
C. & Can.6.
Cong.4.*

70 Absolutâ oratione, media illis conceditur hora ad lectum & cubiculum componendum,

*Semihora ad
cubiculum
componendū.*

P. 4. c. 4. §. 4. nendum, & ad dispiciendum, quem fructum ex oratione collegerint.

Missam au-
diant.

P. 3. c. 1. §. 12.
& 20.

71 Post hæc, Missam deuotè & reuerenter audiant: quâ absolutâ, intersint lectioni seu exhortationi, quæ de rebus spiritualibus bis in hebdomadâ, per dimidiam horam, illis fiet: reliquâ autem dimidiâ statim repetent audita, & conferent inter se terni, aut quaterni, sine vllâ disputatione, sed cum humilitate & modestiâ.

Collationum
modus &
materia.

72 Sequenti die, iis de rebus, vt meliùs ad praxim reducantur, eadem horâ fient collationes, hac ratione, vt lectione præcedenti breuiter per vnum aut plures à Magistro designatos repetitâ, proponat aliquis quomodò vincatur talis tentatio aut difficultas in re propositâ, aut vnde oriatur hoc vel illud impedimentum, & quid remedij possit adhiberi, & alia similia: postquàm autem aliqui dixerint quid sibi occurrat, Magister constituet quid tenendum sit.

In corporali-
bis se exer-
ceant.

P. 4. c. 4. §. 3.
& 4.

P. 3. c. 1. §. 20.

73 Reliquo toto tempore vsque ad examen, quod semper ante prandium fiet per quartam horæ partem, in suis officiis, aut in aliquo exercitio corporali, aut labore manuum à Magistro Nouitiorum præscripto occupabuntur: aliquid tamen temporis quotidie, præsertim ante prandium, tribuant Regulis, & Doctrinæ Christianæ, & aliis, quæ iudicio Magistri Nouitiorum cuique conuenient, ad-

addiscendis & memoriæ mandandis.

74 Post examen sequatur prandium, quo absoluto horam integram recreationi dabunt, tã qui in priore quàm qui in posteriore mensã pransi erunt. Tempore autem recreationis, poterunt mutuò colloqui, dummodò pauciores quàm quatuor non conueniant, nisi aliter Magistro videretur. Agent autem de exemplis vitæ Christi, vel Sanctorum, aut de his quæ cum ædificatione in Societate fiunt, aut de re aliquâ vili in Domino.

Horæ recreationis transigenda.

P. 3. c. 2. lit.

D.

75 Expleto recreationis tempore, audito campanæ pulsu, sese ad cubicula recipiant (præter eos, qui in aliquibus officiis occupati erunt) vt aliquid legant, vel scribant, vel quid aliud agant, iuxta Magistri præscriptum.

Quid post expletam recreationem.

76 Post finitam horam, omnes cum Magistro conueniant, & pensum aliquod eorum, quæ antea memoriæ mandauerint, reddent.

Memoriter recitabunt.

Postea explicabitur illis bis singulis hebdomadis, per dimidiam horam Doctrina Christiana: deinde eam recitabunt vno stante & interrogante, & aliis respondentibus, vel sese inuicem interrogantibus: & instruantur in modo docendi illam, iuxta morem regionis. Vno verò die cuiusque hebdomadæ, fiant Toni.

P. 3. c. 1. §. 20.

77 His expletis, ad sua officia vel ad aliquid legendum, aut alias occupationes se conferent: deinde ante vltimam horam quæ cœnam præcedit, per semihoram orationi vacabunt:

Ad exercitium redibunt.

Dec. 41.

Congr. 2. &

Can. 12.

Cong. 1.

cabunt : ipsam verò horam vltimam , sequentem ante cœnam , partim officiis domesticis , partim corporali exercitationi , vel aliis occupationibus , quas Magister præscripserit , impendent.

*Recreatio
post cœnam.
P. 4. c. 4. §. 3.
& 4.*

78 Post cœnam horam integram recreationi dabunt , reliquo tempore vsque ad examen (quod semper fiet antequàm cubitum eant , per quartam horæ partem) poterunt aliquid legere , vel aliâ ratione se ad orationem sequentis diei præparare , vel aliud facere , pro arbitrio Magistri Nouitiorum.

*Silentium
quando &
quomodo
seruandum.
P. 3. c. 3. lit. D.*

79 Nouitios inter se conuersari non conuenit : sed silentium inuicem , & cum aliis obseruare , nisi in rebus in quibus loqui necesse sit ; excepto recreationis tempore , de quo iam supra dictum est.

De examine eorum qui biennio absoluto in Scholasticos approbatos admittuntur.

C A P V T V.

*Interrogatio
post biennium.
P. 4. c. 3. §. 3.* 80 **P**OST QVAM quis biennium Nouitatus , per actis experimentis expleuerit , & ad interrogaciones , quæ sexto quoque mense

se fiunt responderit, antequàm vota Scholasticorum emittat, interrogetur,

81 An velit se duci sinere circa ea quibus studere debet, ac studiorum modum & tempus, iuxta quod Superiori videbitur. *Circa studia. In Ex. c. 7. §. 3.*

82 An contentus futurus sit eodem atque alij modo, in Collegio agere, nullisque priuilegiis aut prærogatiuis minimum omnium qui in eo fuerint anteire, omnem sui curam Superiori relinquendo. *De indifferentiã ad omnia. In Exa. c. 7. §. 4.*

83 An statuerit omnino apud se, studiis absolutis, ac probationibus peractis, Societatem, ad viuendum in eâ & moriendum, ingredi in eo gradu quem Superior constituerit, ad maiorem Dei gloriam. *Circa gradũ. & ingressum Societatis. In Exa. c. 7. §. 5.*

84 Admoneatur, quòd votis postbiniu ab ipso emissis non poterit sine facultate Generalis à Societate nostrâ recedere, nec ad aliam Religionem, exceptâ Carthusiensem, transire sub pœnâ excommunicationis ipso facto incurrendâ, iuxta Bullam Pij Quinti, anno M. D. LXV. expeditam. *Post vota nõ manet liber.*

De

De examine Scholasticorum studiis
absolutis.

C A P V T VI.

An sint firmi in suis votis & de liberatione.
In Ex. c. 7. §. 7.

85 SCHOLASTICI studiis suis absolutis, statim postquam ad tertium annum Probationis peragendum missi fuerint, generatim interrogandi sunt, an firmi in suâ deliberatione & votis & promissione Deo oblatis antequam ad studia se conferrent, permaneant; vt eorum status meliùs cognoscatur, & ipsi magis in Domino iuari possint.

Alia interroganda.
In Exa. c. 7. §. 8.

86 Interrogentur etiam & examinentur particulatim eisdem interrogationibus & examine, quo sexto quoque mense, antequam ad studia mitterentur, interrogati fuerunt; vt Superioribus eorum memoria renouetur, & mutatio, si aliqua in rebus iam affirmatis accidisset, cognoscatur.

Reddent conscientiam rationem.
In Exa. c. 4. §. 39.

87 Postremò reddent rationem vitæ suæ, inchoando ab eo tempore, quo eam redderunt, quando ad studia missi sunt.

R E-

R E G V L Æ

M O D E S T I Æ.

1 IN conuersatione nostrorum illud in vniuersum dici potest, vt in omnibus externis actionibus appareat in nostris modestia & humilitas coniuncta cum religiosâ maturitate: speciatim autem hæc obseruanda erunt.

*Modestia,
humilitas, &
religiosa
maturitas.
P. 3. c. 1. §. 4.*

2 Caput huc illuc leuiter non moueatur, sed cum grauitate, vbi opus erit: & si opus non sit, teneatur rectum cum moderatâ inflexione in partem anteriorem, ad neutrum latus deflectendo.

*Caput leuiter
non mouen-
dum.*

3 Oculos demissos, vt plurimum, teneant; nec immoderatè eos eleuando, nec in hanc, aut illam partem circumflectendo.

*Oculi demis-
si.*

4 Interloquendum, cum hominibus præsertim alicuius auctoritatis, non defigatur aspectus in eorum vultus, sed potiùs sub oculos.

*Inter lo-
quendum.*

5 Rugæ in fronte, ac multò magis in naso, euitentur; vt serenitas exteriùs cernatur, quæ interioris sit indicium.

*Rugæ eui-
tentur.*

6 Labia nec nimis compressa, nec nimium diducta.

Labia.

7 Tota facies hilaritatem potiùs præ se ferat,

*Hilaritas
in facie.*

ferat, quàm tristitiam, aut alium minùs moderatum affectum.

Vestes compositæ.

8 Vestes sint mundæ, & cum religiosâ decentiâ compositæ.

Manus quietæ.

9 Manus, si non in sustinendâ veste occurrunt, decenter quietæ teneantur.

Incessus moderatus.

10 Incessus sit moderatus sine notabili festinatione, nisi necessitas vrgeret: in quâ tamen, quantum poterit, decoris ratio habeatur.

Gestus & motus.

11 Omnes denique gestus ac motus eiusmodi sint, qui apud omnes ædificationem pariant.

Ordo simul incedendæ.

12 Si plures simul erunt, ordinem præscriptum à Superiore, bini vel terni incedendo, seruent.

Modestia in loquendo.

13 Si loquendum fuerit, meminerint modestiæ, & ædificationis tum in verbis tum in ratione ac modo loquendi.

I N S T R U C T I O

Ad reddendam conscientiæ rationem iuxta morem Societatis.

Necessitas reddendi conscientiæ rationem.

INTELLIGANT singuli, dum rationem conscientiæ sunt reddituri, quanti momenti Pater Noster sanctæ memoriæ IGNATIVS id duxe-

duxerit, ad maiorem Diuinæ bonitatis gloriam; vt subditi magis in spiritu cum gratiâ vberiori proficiant, ac tantò maiore cum diligentia, amore, & sollicitudine iuuari, & à periculis conseruari possint, vt quæ in Examine, & In Exa.c.4. §.34. & seq. & p.4. c.10. §.5. & p.6. c.1. §.2. Constitutionibus toties commendantur, & §. 40. summarij Constitutionum præscribuntur de reddendâ ratione conscientia, exactè seruentur. Proinde vnusquisque magnâ cum puritate, sub sigillo confessionis aut secreti, aut quacumque ratione ei placuerit, & ad maiorem ipsius consolationem fuerit, totam animam suam integrè manifestam faciat, nullam rem celando, quâ Dominum vniuersorum offenderit post vltimam rationem redditam conscientia: vel certè aperiatur eos defectus, qui magis ab eo tempore grauant ipsius animam.

Capita verò, quibus conscientia ratio reddi debet, hæc ferè erunt: ex quibus cum ea retulerint, quæ ad plenam sui manifestationem dicenda putauerint, petant à Superiore, vt eos interrogando iuuet, ac suppleat, si quid esse iudicet, quod ad maiorem Dei gloriam, & suorum notitiam scire velit. Capita verò.

1 An viuat contentus iuxta suam vocationem. Circa vocationem.

2 Quomodò se habeat circa obedientiam, etiam intellectus, paupertatem, castitatem, & Vota vt obseruet. vsu aliarum virtutum; & quarum præcipuè studio intentus sit.

K

3 An

An tentationes sentiat, & quomodo resistat. 3 An sentiat aliquas animi perturbationes aut tentationes molestas, & de facilitate, seu difficultate, & modo eis resistendi; & ad quos affectus, vel peccata sit magis propensus & incitatus.

An contra Constitutiones. 4 An contra Constitutiones, vel Regulam aliquam, vel ordinationem Superiorum firmum iudicium habuerit, vel contra eam disputauerit.

De Instituto, & zelo animarum. 5 Quid sentiat de ipso instituto Societatis, & medijs, quibus illa vitur ad suum finem consequendum; & quem experiatur in se zelum animarum.

Vt orationi sit affectus. 6 Quomodò spiritualibus rebus sit affectus, quantum temporis orationi tribuat, & num vocali, an potius mentali iuuetur, & vtri plus temporis tribuat, & quem modum in orando teneat.

Consolatio, & desolatio. 7 Num in vsu rerum spiritualium consolationem & deuotionem habeat, an verò contrà desolationem, ariditatem, & vagationem animi patiat; & quomodò in iis se gerat.

Fructus communionis, examinis, &c. 8 De fructu quem ex communionem, confessione, examine, præsertim particulari, & alijs exercitijs spiritualibus percipiat.

De fructu maiori vel minori. 9 Num post vltimam rationem conscientia, quam reddidit, maiorem an minorem fructum fecerit; & quem animum experiatur ad perfectionem consequendam.

10 Quo-

10 Quomodò obseruet, quæ ex Constitutionibus, & Regulis tum communibus, tum officij sui ad eum pertinent. *Constitutio-
num obser-
uatio.*

11 De mortificationibus, pœnitentiis, & aliis exercitationibus, quæ faciunt ad spiritus profectum; & in specie de præparatione ad iniurias, & ad alia, quæ ad Christi crucem pertinent, ferenda, atque eorum desiderio. *Mortifica-
tiones &
pœnitentiæ.*

12 De sociis, & quomodò ex eorum conuersatione proficiat in Domino; & an alicui plus sit familiaris, quàm aliis. *De Sociis.*

13 An auersionem animi sentiat ab aliquo, & an offensus sit in aliquo à Superioribus, vel officialibus, vel quauis aliâ personâ, & quomodò sit affectus erga Superiores. *De affectu
circa Superiores.*

14 An tentationes aliquas sit passus, quas alij intellexerint, præsertim circa vocationem. *Antentatio-
nes alij in-
tellexerint.*

R E G V L Æ

PEREGRINORVM.

I PERSVADEANT sibi, peregrinationis finem nontam esse corporis defatigationem, & vt multum iter conficiant, quàm vt ex eâ, fructum aliquem spirituales percipiant: atque ex eo fine, & iter ipsum & ceteros peregrinationis labores moderentur. *Peregrina-
tionis finis.*

K 2 2 Li-

Litania, vel Itinerarium. 2 Litanias simul omnes quotidie in ipso itineris ingressu, vel Itinerarium dicant; nec orationem, & consueta examina prætermittant, & alias etiam Regulas obseruent, quantum ratio itineris permittet.

In itinere meditatione, & piis colloquiis subleuentur. 3 Studeant frequenti oratione & meditatione comitem itineris sibi Christum facere: & colloquiis interdum piis & religiosis, ac lectione alicuius libri pij molestias itineris leuare poterunt. Quòd si cum externis in viâ aut in hospitiiis egerint, meminerint pro ratione sui gradus, habitâ ratione temporis & personarum, sermones de rebus spiritualibus inducere, & fructum aliquem, quoad poterunt, efficere.

Elemosynas quomodo petent.
In Exa. c. 4. §. 12. 4 Elemosynas simpliciter pro Christi amore petant; vt omni spe illâ abiectâ, quam in pecuniis & rebus creatis habere possunt, integre, verâ cum fide, & ardenti amore eam in suo Creatore ac Domino constituent; memores, à Christo Domino Apostolos sine sacculo & perâ missos; ipsum etiam Dominum non habuisse, vbi caput reclinaret.

Indigentiam, penuriam, & iniurias patienter ferât.
In Exa. c. 4. §. 12. & 26.
Ibid. §. 44. 5 Indigentiam & penuriam rerum corpori necessariorum probari exoptent, vt ad incommoditatem cibi somnive capiendi libenter assuefiant: iniurias verò, illusiones, & opprobria, quæ in itinere inferri contigerit, patienter cum Dei gratiam ferant, gaudeantque, materiam præberi sibi imitandi aliquo modo
Chri-

Christum Dominum, eiusque vestibibus atque insignibus seipsum induendi.

6 Qui maioribus pollent ad viam peragendam viribus, eos qui sunt infirmiores, subsequi & non præcedere debent: & iter cuiusque diei horum debilium infirmitate commensuretur. Quòd si quis viribus destitueretur, iumento aut aliâ ratione iuuari debet: quâ in re non qualitatibus personarum, sed necessitatis & caritatis fraternæ ratio est habenda.

7 Si quis in morbum incideret, ita ut ulterius progredi non posset, nec expediret reliquos ibi moram trahere; si vicinum esset Collegium aut Domus Societatis, eò esset æger (si modò morbus patiatur) deducendus: alioqui aliquis ex nostris illi erit socius relinquendus, ut consolationi ei sit & auxilio: ægro autem viribus restituto, cœptum iter ambo consequentur.

8 Si in viâ ab honesto & pio amico invitarentur, posset qui præest hospitalitatis beneficium admittere: tunc autem curare debent verbis & religioso exemplo hospites ædificatos in Domino relinquere.

9 Eiusdem ædificationis & exempli in omnibus hospitibus meminisse debent; sobrietatis etiam in mensâ, & modestiæ in conuersatione numquam obliuiscantur.

10 Cùm in itinere ad Collegia vel Domos Societatis diuertent, studeant omnes bonum exemplum.

num ædificationis odorem, exemplo vitæ ac morum, nostris relinquere. De rebus verò aut personis aliorum Collegiorum aut Domorum nihil loquantur aut tractent, nisi ad ædificationem.

*In locis no-
strorum nil
ab externis
petendum.*

11 Si transferint per locum vbi Domus aut Collegium Societatis sit, nihil ab externis, nec pro se nec pro aliis, petant aut accipiant, sine facultate Superioris eiusdem Domus vel Collegij.

*Iter facien-
tes has regu-
las seruent.*

12 Omnes alij, qui iter faciunt ex nostris, equites aut pedites, has regulas peregrinorum suo modo, quantum fieri potest, etiam seruent: & tam peregrini, quàm reliqui qui iter faciunt, patentes litteras sui Superioris habere curent.

R E G V L Æ

M I N I S T R I .

*Eius offi-
cium quale.
P. 4. C. 10.
§. 7.*

I **E**IUS officium erit, Prepositum vel Rectorem iuuare in iis quæ in genere vel in particulari ei commendabit: nec dispensandi, aut mutandi, aut quidquam faciendi, nisi ex eiusdem præscripto, facultatem habebit.

*Officialium
Regulas, & c.
legat, & ob-
seruari cu-
ret.*

2 Valdè commendatum sibi existimet quod pertinet ad obseruationem Constitutionum, Regularum, Ordinum communium,

&c

& approbatarum consuetudinum Domus vel Collegij: ideo quæ habeat in scriptis, & aliquando legat, tam communes omnium, quàm particulares Superioris & officialium Regulas: & eosdem officiales suas habere, intelligere, atque obseruare curet.

3 Officiales visitet quoties opus fuerit, obseruando quomodò suum officium exequantur: quod saltem alternis diebus faciet. Frequenter etiam visitabit cubicula, & alia loca domus, vt videat quomodò omnia se habeant.

*Officiales
& cubicula
visitet.*

4 Cùm quis ab officio aliquo amouetur, curet vt is suum successorem instruat de ratione exercendi illud, iuxta regulas & consuetudines à Superiore approbatas.

*Successores
in officij in-
strui curet.*

5 Animaduertat in temporum mutationibus, quomodò in Collegio vel Domo fieri debeat horarum, ciborum, vestiumque mutatio; & Superiori in memoriam reducat, præsertim bis in anno, sub initium veris & autumnis: obseruet etiam crebrò, num aliquid desit ex necessariis aut abundet; eorumque potissimum rationem habeat, qui in corporis curâ minorem de seipsis sollicitudinem gerunt; curetque vt adsit cùm Medicus ægros inuiset.

*Mutatio
horarum,
vestium, &c.
Superiori in
memoriam
renocanda.*

6 Quotidie horâ sibi designatâ, de rebus omnibus domus rationem Superiori reddat; à quo excipiet in libello ad id parato, quæ ei facienda committet: & cùm primùm comodè poterit, eidem referat quæ executus fuerit.

*Rationem
Superiori
quotidie
reddat.*

K 4

7 Re-

*Necessaria, et
in memo-
riam redi-
gat.*

7 Redigat Superiori in memoriam ea, quæ necessaria domui iudicabit, vt de coëmendis rebus ad victum & vestitum necessariis, suis temporibus, de fratrum nimio aut exiguo labore, de sanitate, & similibus.

*Qua nota-
bit, & Supe-
riori referet.*

8 Notet, ac referat Superiori tam defectus, si quos vel Domi aut in Collegio animaduertit, vel aliunde intellexerit, quàm quæcumque alia, quæ ad bonam gubernationem conuenientia ei occurrunt: tum etiam circa res sibi commissas, & quasuis alias; vt quomodò se nostri habeant circa obedientiam, orationem, & in omnibus virtutibus profectum, & studium.

*Obseruet an
omnes com-
municent.*

9 Curet per ædituum, vel aliquem alium designatum, obseruari, an omnes die statuto communicauerint: & si quis intra tempus designatum ad cõfessionem aut communionem non accederet, intelligat à Superiore, num subtrahendus ei sit cibus corporis, donec cibus spiritus sumat.

P. 3. c. 1. lit.

Q.

*Domus munda
da sit.*

10 Peculiarem habeat curam, vt domus munda sit, & omnia vbique decenter suis locis composita; sed præcipuè in iis quæ ab externis videri solent.

*Porta domus
clausa.*

11 Noctibus singulis portas domus, quibus in publicum exitur, videat, an benè clausæ sint.

*Designet quis
curam ha-
beat rerum
communium.*

12 Designet aliquem ex commissione Superioris, qui communes lucernas domus opportuno

portuno tempore incendat & extinguat: qui item publicas fenestras suo tempore aperiat & claudat: ac pro abluendâ facie & manibus in loco destinato aquam infundat, & pro iis extergendis mantilia, ab iis quæ in vsum Refectorij sunt distincta, adhibeat: quæ alia Sacerdotibus, alia non Sacerdotibus destinata erunt, & bis saltem in hebdomadâ mutabuntur.

13 Studeat animos Patrum & Fratrum inter se per benevolentiam, & præsertim cum Superiore per obedientiam vnire. Et si quid minùs æquo animo aliquis ferret, velit potius in se (quoad fieri potest) quàm in Superiorem, causam reiici; veluti in iniungendis pœnitentiis, quas ipse iuxta præscriptum Superioris imponet: & tam in eis, quàm in reprehensionibus, ab animi perturbatione caueat, caritatemque præ se ferendo studeat, vt illi quibus pœnitentias imponet, meritò sibi iniungi cognoscant.

*Vnionem inter do-
mesticos curet.*

14 Si quando absente Superiore aliquid acciderit, quod adeò vrgeat, vt comodè Superior expectari nequeat, id Minister, auditis Consultoribus, exequi poterit; quamuis in specie non sit ipsi commissum, dummodò existimet iuxta Superioris mentem id fore: statimque redeunti quod factum fuerit, referat. Quod autem sibi ordinariè agendum erit, absente Superiore, ab eo curet intelligere.

Absente Superiore, quid sibi agendum sit.

*Subministro
utatur.*

15 Si Subministrum habuerit, utatur eius operâ in iis quæ commodè per se facere non poterit, iuxta præscriptum Superioris: si verò non habuerit, alternis saltem diebus singula cubicula visitet, & alia quæ in officio Subministri continentur, suppleat.

R E G V L Æ

C O N S V L T O R V M.

*Officij graui-
tas.*

P.4. c.10.

§.7. & p.9.

c.6. §.14.

*Eorum par-
tes.*

P.9. c.5. §.2.

*Pura inten-
tio.*

*Quomodo se
habeant in-
ter se.*

I NTELLIGANT quanti momenti sit eorum officium, ut Superiores eorum consilio & relatione adiuti meliùs & faciliùs gubernare possint.

2 Sint amatores boni communis, illudque in omnibus consultationibus præ oculis habeant: atque ut Diuinæ inspirationi dent locum, & saniora sint eorum consilia, in suo sensu non nimis abundant.

3 In consultationibus sinceram intentionem habeant, & à perturbatione liberam, ut fideliter & debitâ cum modestiâ, caritatis & obedientiæ memores sententiam dicant.

4 Sint inter se maximè caritate coniuncti, & alter alterum honore præueniat, atque apud alios alter alterius existimationem verbis factis que tueatur. Si verò contingat aliquem in

con-

consultationibus diuersæ, aut etiam singularis esse sententiæ, nemo vllam ab eo alienationem vel habeat vel ostendat.

5 Rem, de quâ consultatur, benè intelligant; nec sint in dicendo præcipites: sed negotio secum considerato, & oratione præmissâ, præcipuè cum de rebus agitur difficilibus, sententiam suam aperiant. Quòd si quid ex tempore discutiendum proponeretur, & id sibi maturiùs considerandum iudicarent, Superiori significabunt.

*Quales sint
in dicendâ
sententiâ.*

6 Explicare breuiter debent sententiæ suæ rationes: quòd si ad rem confirmandam aliorum rationes essent dissoluendæ, id etiam modestè faciant.

*Breuiter ra-
tiones dicâr.*

7 Cum Superior Consultoribus auditis aliquid statuerit, iudicium ipsi suum illius iudicio submittent: neque extra consultationem, aut quod statutum fuerit, sibi displicere, aut se in aliâ fuisse sententiâ significabunt: laudent potiùs Superioris consilium apud alios, atque tueantur. Quòd si ob rei, de quâ agitur, grauitatem, adhuc sentirent ad alium Superiorem esse rem deferendam, quòd nihil monitione suâ se effecturos sperarent; re priùs apud se maturiùs consideratâ, & oratione præmissâ, ad immediatum illius Superiorem, aut si is non prouideat, ad supremum id facere ne prætermittant.

*Quid cum
Superior ali-
quid statue-
rit.*

8 Etiam si non interrogentur, si quid ta-
men

*Quando pro-
ponere pos-
sunt.*

men in mentem venerit, quod ad commune bonum vel alicuius personæ particularis pertineat, poterunt id Superiori proponere, ut is statuat, num eâ de re sit deliberandum, nec ne.

Seruent secretum.

9 Consultores neque ea quæ quisque in consultatione senserit, neque ea quæ proposita sunt aut definita, aliis significare debent; præcipuè cum res ipsæ secretum exigunt. Superioris autem erit ea quæ definientur, promulgare, cum opus esse iudicabit.

De litteris ad Superiorem mittendis.
P. 4. c. 17.
§. 7.

10 De litteris ad Superiores suo tempore mittendis, seruent diligenter quæ in formulâ scribendi à Consultoribus exiguntur. Et hæ litteræ sigillo, quod apud Admonitorem erit, ob signatæ mittantur: nec quisquam eorum sciat quid alius scripserit.

Posunt aliorum litteras ad Generale mittere.

11 Si quis ex nostris ad Generalem scripserit, & litteras Admonitori, aut alicui ex Consultoribus tradere voluerit; is acceptas, cum suis aut sub suâ propriæ manus inscriptione ad Generalem mittendas curabit.

De quibus Superior, & quomodo monendus.
P. 9. c. 4. §. 2.
3. & 4. &
Can. 34.
Cong. 1.

12 Si quid circa victum, vestitum, labores, & occupationes Superioris, aut circa gubernationem, moderandum, augendum, vel mutandum censerent; illum præmissâ oratione admonendum curent, quod ferè per Admonitorem faciant.

Superioris existimatio seruanda.

13 Si quis cum eis de difficultate aliquâ suâ aut perturbatione agat; ita eum suis monitis & consilio iuuare studeant, ut semper, quan-

quantum possint, existimationem Superioris tueantur.

14 Ad omnia melius obeunda, Superiorum suorum & aliorum Officialium Regulas teneant: Constitutionesque, & reliqua omnia, quæ ad nostrum institutum & administrationem pertinent, familiaria sibi reddant.

Constitutiones & regulas familiariares sibi reddant.

15 Ita suum munus exequantur, ut nullam gubernationis partem sibi assumant, atque eam submissione se gerant, ut ceteris Obedientiæ exemplum præbeant.

Quomodo suum munus bene obeant.

R E G U L Æ

ADMONITORIS.

1 **E**A modestiâ & humilitate officium suum obeat, ut subditum decet erga Superiorem, quem Christi loco habet: niti enim debet, ne huius muneris occasione, reuerentia atque obedientia interior vel exterior in ipso debilior reddatur.

Officium suum modeste & humiliter obeat. P. 9. c. 4. §. 4.

2 Animaduertat autem, ne reuerentia hæc & obedientia fidelitatem aut necessariam libertatem opprimat; quod minus Superiorem admoneat de iis, quæ, præmissâ oratione, proponenda in Domino iudicabit.

Seruet necessariam libertatem.

3 Ad-

De quibus Superior admonendus.

3 Admoneat Superiorem de iis, quæ maior pars Consultorum ei dicenda iudicauerit: de aliis verò, quæ siue ipsi in mentem venient, siue ab aliis suggerentur, non facilè eum admonebit; sed de iis dumtaxat, quæ non leuis momenti post orationem esse censuerit, siue illa ad personam, siue ad officium Superioris pertinebunt, iuxta Constitutiones & Decreta.

Quali secreto teneatur.

4 Ea, quorum Superiorem admonuerit, meminerit tacitus apud se seruare; quamuis interrogatus à Consultoribus de iis quæ ipsi commisissent dicenda, vel à Superioribus, rationem sui officij eis debet reddere.

Quid si Superior admonitus remedium non adhibet.

5 Cùm Superior cuiuspiam rei admonitus, illi remedium non adhibuerit, Admonitoris erit cum debitâ submissione iterum & sæpiùs eum commonefacere: quòd si emendationem non sperat, factâ priùs oratione, id Superiori significet,

Consultorum litteras mittet.

6 Admonitoris erit, ordinarias epistolas Consultorum suis temporibus colligere, atque ad mediatos Superiores mittere; nisi eas illi aliâ viâ mittere voluerint: simulque referet eisdem, utrùm illi scripserint, an non.

Subditorum erga Superiores obseruantiam non imminuat.

7 Caueat ne occasione sui officij debitam subordinationem, & obseruantiam subditorum erga suos Superiores, aliquâ ex parte imminuat aut debilitet.

Sigillo quomodo & quando utatur.

8 Sigillum apud se habeat, quo suas, & Consultorum ac aliorum nostrorum litteras,

fi

si ad eum detulerint, qui ad mediatos Superiores scribere voluerint, obfignare possit. Hoc tamen nullâ ratione, sine facultate Superioris, vti licebit, nisi in iis litteris, quæ ad Superiores mediatos scribentur.

F O R M U L A

S C R I B E N D I.

1 **M**AGNO PERE iuuerit ad animorum Causa ad Superiores scribendi.
 vnionem in Societate, litterarum vltro citroque missarum inter inferiores & Superiores frequens commercium; & crebrò alios de aliis certiores fieri, & audire, quæ ex variis locis ad ædificationem, & eorum quæ geruntur cognitionem, afferuntur. P. 8. c. 1. §. 9.

2 Superiores Domorum, & Rectores scribant singulis hebdomadis ad suum Prouincialem in Europâ; in Indiis verò, vt suis Prouincialibus visum fuerit commodum & opportunum. Ad Prouincialem qui & quando scribens.

3 Scribant autem ad suum Prouincialem de statu personarum, & rerum omnium, non solùm quæ inter nostros, sed etiam quæ per ministeria Societatis erga externos in Dominibus suis vel Collegiis fiunt; & non tantùm de his quæ rectè se habent, sed etiam de his quæ secus; & quoad fieri poterit, curent, vt omnia De quibus scribendum. P. 8. c. 1. lit. L. & Can. 28. Cong. 2.
 tam-

tamquam præsentia Prouincialis cernat.

*Ad quos de
obitu nostro-
rum & sus-
fragiis scri-
bendum.*
P. 6. c. 4. §. 4.

Can. 11.
Cong. 3.

4 Primo quoque tempore ad suum Prouincialem scribant Superiores Domorum & Rectores de obitu eorum, qui in suis locis decedunt: Prouincialis verò reliquos de suâ Prouinciâ admonebit, vt quàm primùm solitis suffragiis & orationibus eorum animæ iuentur: & statim Præpositum Generalem & vicinos Prouinciales certiores reddat, vt simile officium præstare possint.

*Ex missioni-
bus scribent.*
P. 8. c. 1. lit. L.
& Can. 28.
Cong. 2.
P. 7. c. 2. §. 2.

5 Missi ad fructificandum in agro Domini, scribant ad suum Prouincialem, aut ad eum quem ille designauerit, singulis hebdomadis, vel quoties ipsis fuerit præscriptum, vt per crebram litterarum communicationem, quantum fieri potest, totum successum suarum missionum illi declarent.

*Prouincialis
quando &
ad quos scri-
bet.*
P. 8. c. 1. lit. L.
& Can. 28.
Cong. 2.

6 Prouinciales Superioribus Domorum & Rectoribus, ac iis qui in missionibus versantur, singulis mensibus; priuatis autem personis, quibus & quando opus erit, scribant.

*Quando Su-
periores in
Europâ ad
Generalem.*
P. 8. c. 1. lit. L.
& Can. 28.
Cong. 2.

7 Prouinciales omnium Prouinciarum Europæ scribant ad Generalem semel quolibet mense: Rectores autem & Superiores Domorum & Magistri Nouitiorum tertio quoque mense.

*Quando ex
Indiis scri-
bent.*
Can. 28.
Cong. 2.

8 Prouinciales Indiarum scribant Præposito Generali, quando se obtulerit navigationis commoditas; Rectores verò & Superiores Domorum ac Magistri Nouitiorum ex Indiis semel;

semel; ex Brasiliâ, & nouâ Hispaniâ bis in anno, si se obtulerit occasio.

9 Prædicti omnes extraordinariè sibi mutò scribant quoties necessitas vrgebit.

Quando extraordinariè scribendum.

10 Superiores Domorum & Collegiorum, & Magistri Nouitiorum scribant ad Generalem, quæ alicuius momēti fuerint, etiam si approbante Prouinciali fiant. Illa verò potissimum scribant, in quibus Prouincialis admonitus, vel non prouidet, vel prouidere nequit; vel postquam Prouincialis cum illis tractauerit, ipsi ab eius iudicio dissentiant: sed tūc quidem addant, quid Prouincialis responderit, & quibus rationibus ipsi ab eo dissentiant, interim tamen ei per omnia obediant.

P.8. c.1. lit. L. & Cā.28. Cong.2.

Et quid ad Generalem scribent.

11 Cū Prouinciales scribent Generali, curabunt vt statum Domorum & Collegiorum suorum, ac totius Prouinciæ benè explicent; & suppleant si quid intellexerint, quod Superiores Domorum & Collegiorum minùs declarauerint: & in vniuersum ita scribere debent, vt Generalis omnium rerum, omniumque personarum ac Prouinciarum statum, quoad eius fieri possit, ante oculos habeat.

Prouinciales ad Generalem quid scribent.

12 Generalis ad Prouinciales scribet secundo quoque mense, ad Rectores verò & Præpositos locales sexto quoque mense, nisi aliqua necessitas priùs ad respondendum suadeat.

Generalis quando ad Superiores. Can.28. Cong.2.

L

13 Si

*Subditorum
littera ne
aperiantur,
nec impe-
diantur.*

13 Si quis nostrorum aliquid per litteras cum Præposito Generali, aut cum suo aliquo alio mediato Superiore tractare velit, ne impediatur, nec ipsorum litteræ ad eos scriptæ aperiantur, neque mediatorum Superiorum ad ipsos.

*Littera ne-
gotiorum ad
Generalem
mittenda.*

14 Litteræ nostrorum, quæ negotia continent, solum ad Præpositum Generalem, & non ad alios qui cum ipso agant, destinantur: poterit tamen ad eos scribi, ut illa tractari & expediri curent.

*Quæ Pro-
curatoris
Generalis
operâ indi-
gent P.no-
tentur.*

15 Litteræ negotiorum, ad quorum expeditionem Procuratoris Generalis operâ, aut informatione opus erit, propriis litteris ad Præpositum Generalem scribantur, adiectâ exterius litterâ P. sub inscriptione earum.

*Quot exem-
pla ex Indiis
mittantur.*

16 Negotia maioris momenti, ex vtraque Indiâ, & Brasiliâ ternis exemplis scribantur, binis autem ex reliquis Prouinciis, si sit periculum, ne litteræ intercidant, vel certè in proximis litteris earum summa repetatur: & ut inueniantur, cum opus fuerit, quæ scripta sunt ad Generalem, exemplum eiusmodi litterarum, vel earum summam in libro aliquo, qui scribunt, apud se retineant.

*Si quid se-
creti, quo-
modo adie-
cto (soli) scri-
bendum.*

17 Si quid secreti scribendum, vel soli Superiori committendum sit, seorsum in propriâ epistolâ scribatur, quæ cum aliis in eodem fasciculo colligata includatur, adiecto exterius (soli) sub inscriptione eiusdem epistolæ: quod
si

si eiusmodi epistola sola mitteretur, aliâ char-
tâ inuoluatur, quæ absque (*soli*) inscriptionem
habeat.

18 In rebus, quæ secretum requirunt, ex- *Vt res secreta*
plicandis, his vocabulis vtendum erit, vt ea in- *scribenda.*
telligi nisi à Superiore non possint : modum
autem præscribet Generalis.

19 Nullus inferior, nisi morbo impeditus, *Quando ad*
litteras ad Superiorem ex suâ commissione *Superiorem*
scribi faciat. *ex cõmissione*
scribi possit.

20 Consultores Rectorum & Superiorum *Consultores*
localium litteras obsignatas ad Prouincialem *quoties ad*
dabunt bis in anno, mense Ianuario, & Iulio; *Superiores*
& ad Generalem singulis annis mense Ianua- *scribent.*
rio. Consultores verò Prouincialium ad Ge-
neralem mense Ianuario & Iulio, nisi res aliqua
ita vrgeret, vt de illâ etiam extra hæc tempora
scribendum iudicarent.

21 Iis litteris sincerè, & sine amplificatio- *Quæ, &*
ne, omniq̃e priuato aut humano respectu se- *quomodo*
moto, significabunt, quid sibi de Superiori- *scribenda à*
bus, quorum sunt Consultores, & de eorum *Consultori-*
administratione, ac rerum statu, scribendum in *bus.*
Domino videatur, oratione tamen præmissâ,
& re priùs diligenter consideratâ.

22 Vt Rector Vniuersitatis de omnibus *Rector Vni-*
Præceptoribus & aliis de Societate, ita etiam *uersitatis, &*
Cancellarius & Consiliarij Vniuersitatis de *Cancellarius*
ipso ac aliis scribent semel singulis annis mense *quid & quã-*
Ianuario, Præposito Generali, & bis in *do scribent.*
P. 4. c. 17.
§. 7.

L 2

anno

anno mense Ianuario & Iulio Prouinciali.

*Eorum littera ob-
signata mittantur.*
P.4. c.17.
lit.L.

23 Huiusmodi litteræ Consultorum & horum Officialium Vniuersitatis mittantur ob- signatæ, nec quisquam eorum sciat, quid alius scripserit.

*Visitationū,
& ordina-
tionum libri.*

24 Quiuis Præpositus & Rector habeat librum, in quo scribantur Visitationes Domus vel Collegij à Generali approbatæ; in quo etiam scribantur ordinationes alia alicuius momenti, quæ à Generali mittuntur: & quæ perpetuæ fuerint, ab iis quæ temporariæ sunt, separatim notentur: alia verò quæ Visitator & Prouincialis præscripserint, in alio libro scribantur.

*De rebus exter-
norum
quomodo
scribendum.*

25 Si quid scribendum esset de rebus, quæ externorum aliquem attingerent, ita scribatur, vt etiamsi litteræ in eius manus inciderint, offendi non possit.

De litteris annuis.

*Res adifica-
tionis noten-
tur.*
P.8. c.1. lit.
M.
Can.12.
Cong.4.

26 **SUPERIORES** Domorum atque Rectores curent ea obseruari, quæ in dies in eorum Domibus Collegiisque per nostros Dominus operari dignatur; quæque ad nostrorum consolationem, ac proximorum ædificationem pertinent: ex quibus seligant optima quæque, atque in ordinem redacta, sub finem cuiusque anni ad suum Prouinciale mittant.

tant. Hanc ad rem designetur aliquis in quolibet Collegio, seu Domo, maturus ac diligens rerum notabilium inuestigator; qui & ipse in dies quæ occurrunt scripto excipiat, & tertio quoque mense singulos commonefaciat, ac præcipuè Præfectos Ecclesiæ, scholarum, rerum spiritualium, Congregationum, & alios huiusmodi, vt cogitent, & si quid dignū annuis illo trimestri obseruarint, ad Rectorem primo quoque tēpore deferant manu suâ subscriptū.

27 Prouinciales ex omnibus Superiorum localium atque Rectorum suæ Prouinciæ, & eorum qui in Missionibus versantur, epistolis (reiectis vel additis iis quæ videbuntur) singulis annis mense Ianuario, rerum gestarum capita Latinè collata, ex quibus deinde vnæ litteræ annales Romæ conficiantur, manu ipsorum subscripta Romam ad Generalem destinant. Cauendum autem ante omnia diligenter, vt quæ ad confessionis sacramentum spectant, nullâ ratione in his capitibus attingantur; omittanturque similiter, quæ aliâ quauis ratione secretum postulant, & ex quorum narratione iure offendi quisquam possit. Omnium porrò, quæ vel à Superioribus locorum ad Prouincialem, vel à Prouinciali Romam mittuntur, exempla, horum quidem in Prouinciâ, illorum verò in singulis domiciliis seruanda sunt, donec Annuæ integræ in lucem prodierint.

Annua littera quomodo Romam mittenda.

Ordo seruandus in eis cōscribendis.

28 In eâ compendiariâ narratione hic ordo seruabitur. Recensebunt initio numerum nostrorum in vniuersum, tum etiam singulis Domibus, Collegiis, & Missionibus nominatis, quot sint in iis Sacerdotes, Præceptores, Scholastici, & Coadiutores temporales, seorsim de singulis ac distinctè: ita, vt si qui fortè inter Præceptores ac Scholasticos sint Sacerdotes, hoc ipsum significant, ne numeri confundantur, aut iidem bis recenseantur. Itemque quot admissi sint eo anno in Societatem, quotque è vitâ decesserint. Mortuorum autem non solum nomen, cognomen, patriam, ætatem, statum, & munera in Societate obita perscribi oportebit; verùm etiam virtutes, si quas habuerunt eximias, commemorari: in primis verò, si quid ab eis profectum est laude præcipuâ dignum, quod singularis alicuius facti narratione confirmari possit. Neque deinde necesse erit ad singula Collegia aut loca redire, nisi aliquid in iis contigerit peculiari narratione dignum.

De profectu nostrorum, & ministris.
P. 8. c. 1. lit. M.

29 Agent primò de profectu nostrorum in Domino, & explicabunt, si quid in eo genere ad ædificationem facere possit; vt si profectus in virtute aliquâ particulari fuerit eximius, aut si ponatur nouum aliquod & præclarum medium ad eam consequendam adhibitum. Videntium etiam illa promulgari poterunt, quæ in ingressu contigerunt, & non fuerint propria vnius.

vnus. Deinde de ministeriis Societatis erga proximos, vt de concionibus, lectionibus sacris, doctrinâ Christianâ, & Exercitiis spiritalibus, visitatione carcerum & hospitalium, reconciliatione dissidentium, de pœnitentium frequentiâ, & de aliis nostri instituti piis operibus; ita tamen vt ea tantùm commemorentur, quæ sunt alicuius momenti, non leuia quæcumque, & minuta; vel quæ licet alicuius sint momenti, communia tamen sunt & quotidiana, vt quæ perpetuò fieri solent: quæ ideò cum ordinaria sint, satis erit, nisi insigne aliquid habeant, breuiter perstringere. Item de Scholis, & discipulorum numero, & profectu, præsertim in Vniuersitatibus & Collegiis maioribus, de bonâ item Societatis existimatione: de contradictionibus autem, & persecutionibus, si quæ fuerint, ea tantùm attingant, quæ ædificationi fore videbuntur. Dicent etiam de piorum erga nostros caritate & eleemosynis paulò insignioribus. Non ponantur aliena, aut nobis valdè leuiter annexa, sed verè nostra. Nostra enim non sunt, quæcumque nostri amici, deuoti, fundatorès ve gesserint. Quòd si hæc etiam ad nostra pertinere iudicentur, indicanda est causa & connexio, vt referri in annuas possint. Si quando autem, quod perrarò accidet, aliquid erit tam grande tamque illustre, vt à nobis licet remotum, per nos tamen ab obliuione vindicari conueniat, tum adhibenda

præmunitio erit , ne inconsultò factum videatur.

Circumstantie in scribendis.

30 Hæc omnia exponent , quàm plenissimè fieri poterit (semper tamen vitatâ nimiâ prolixitate) adhibitis omnibus circumstantiis , etiam nominibus eorum , qui eas res gesserunt , vt si opus fuerit , aliquando conscribi possit historia. Quâ etiam de causâ cum aliquid occurreret dignum memoriâ , quod tamen propter aliquam causam non expediat omnibus vulgari , id scribent separatim integrè & perfectè : in illâ autem communi narratione , vel omnino reticebunt , vel ea tantùm excerpt , quæ ædificationi esse possunt. Et quæ ad externos pertinent , ita narrentur , vt in eâ ipsâ domo aut ciuitate , vbi scribuntur , ac vbique publicè legi citra cuiusquam offensionem possint. Videntur denique exaggerationes rerum , amplificationesque verborum ; vt simplex & religiosa veritas in omnibus eluceat : & pro miraculis non ponantur , quæ miracula non sint ; nec incerta , quæque diligenti adhibitâ inquisitione comperta non sint.

Statim legantur.

31 Cùm litteræ annuæ Romæ confectæ ad Prouincias mittentur , legantur quamprimùm in singulis Domibus & Collegiis. Et vt Coadiutores nostri temporales ex Latinis etiam litteris fructum aliquem percipiant , sit aliquis , qui illarum summam , aut interpretationem aliquo modo explicet : neque vltra duas hebdomadas

Coadiutoribus explicentur.

domadas retineri debent , vt ad reliqua loca citiùs deferantur. Postquàm verò vbique perlectæ fuerint, in præcipuâ Domo vel Collegio eiusdem Prouinciæ afferuentur, & simul conferuantur.

In præcipuâ Domo vel Collegio afferuentur.

De Catalogis & Informationibus annuis.

32 **A**D clariorem omnium nostrorum cognitionem , Superiores Domorum & Collegiorum duos catalogos conficiant ante id temporis, quo Procuratores Prouinciarum ad Generalem veniunt , ita exactè ac si numquàm missi fuissent. In primo describantur omnes, qui in suis Domibus vel Collegiis , ac missionibus sunt, in quo contineatur vniuscuiusque nomen, cognomen, patria, ætas, vires, tempus Societatis ; studiorum , & ministeriorum, quæ exercuit ; & gradus in litteris, si quos habet, & an Professus, vel Coadiutor sit, &c. & à quo tempore.

Catalogi quomodo & quando conficiendi.
P. 8. c. 1. lit. N. & p. 9. c. 6. §. 3. & Can. 28. Cong. 2.

Quid in primo.

33 In secundo catalogo dotes & qualitates vniuscuiusque describantur , videlicet, ingenium, iudicium, prudentia, experientia rerum, profectus in litteris, naturalis complexio , & ad quæ Societatis ministeria talentum habeat: quæ omnia diligenter , re Deo priùs commendatâ, & maturè consideratâ, &

Quid in secundo.

L 5

omni

omni priuato affectu semoto, sincerè & breuiter perstringenda erunt. Et vtrumque catalogum ad suum Prouincialem mittant.

Quid in tertio.

34 Sub finem cuiusque anni interiecti, tertium etiam alium breuem catalogum ad Prouincialem mittant, continentem nomina, & ministeria, in quibus vnusquisque nostrorum occupatur. Mittant etiam supplementum primi & secundi catalogi, in quo ea tantum adnotabunt, quæ eo anno de nouo occurrerint addenda; vt qui in Societatem interim fuerint admissi, aut ab eâ defuerint, vel quòd mortui sint, vel aliâ quauis causâ.

Quando Romanam mittentur.

35 Hunc tertium catalogum, & supplementum primi & secundi catalogi totius Prouinciæ, cum narratione pro annuis litteris, de quâ dictum est, ad Generalem mittet Prouincialis mense Ianuario: primum verò & secundum per Procuratorem Prouinciæ, ad eundem sigillo suo obsignatos perferendos curabit. Quòd si quid ipsi in his catalogis & informationibus notandum, addendumve videretur, id seorsum ad Generalem scribat.

R E-

R E G V L Æ

P R Æ F E C T I

R E R V M S P I R I T V A L I V M.

I **P**RÆFECTVS rerum spiritualium cognitionem instituti Societatis, & zelum boni progressus ipsius habeat; & in Obedientiâ & Humilitate exemplum aliis præbeat, & amabilem se eis exhibeat, vt ad eum omnes confugiant, confidenterque sua omnia detegant, & ab eo consolationem & auxilium sperent in Domino.

*Qualis esse
debeat.*

P. 4. c. 10.

§. 7.

P. 3. c. 1. §. 12.

2 Instruat nostros priuatim, secundum vniuscuiusque captum, quomodò interiùs & exteriùs se habere debeant, & ad id exhortetur, & in memoriam redigat, & amanter admoneat, præsertim vt puram habeant intentionem Diuini seruitij, & familiaritatem cum Deo in spiritualibus deuotionis exercitiis, & zelum sincerum animarum.

*De quibus
nostros in-
struat.*

P. 3. c. 1. §. 12.

P. 10. §. 2.

3 Petat quem procedendi modum in oratione & examine habeant; & si contra aliquem defectum examen particulare faciant; & si contra inordinatos affectus propria remedia adhibeant; & in solidis virtutibus acquirendis, præsertim in Obedientiâ quid obseruent;

*Quid ab eis
petet.*

&

& de pœnitentiis, & aliis deuotionibus.

*Eos in quibus
diriget.*

4 Sicubi in his à reſtitutione deſlexerint, eos dirigat, iuxta modum Societatis; erga cuius inſtitutum curet vt omnes benè affecti ſint : & det operam, vt orandi & meditando modos, quos docuit Pater Noſter IGNATIUS in libro Exercitiorum, retineant, & vt illo libro familiariffimè vtantur: videatque ne dum noſtri deuotionem habere procurant, caput lædant, aut vires corporis nimis debilitent.

*Lectio libro-
rum ſpiri-
tualium fit
illi familia-
ris.
P. 3. c. 1. §. 20.*

5 Verſatum ipſum eſſe oportebit in lectione librorum ſpiritualium, & vnicuique decernat tempus, & modum cum fructu eos legendi, qui ſint faciliores, & noſtro inſtituto magis conuenientes.

*Curet ſolari
afflictos, &
repidos ex-
hortari.*

6 Peculiarem habeat curam conſolandi afflictos, & tepidos exhortandi, remedia pro cuiusque infirmitate vel neceſſitate adhibendo; qualia ſunt frequentius communicare, plus temporis orationi impendere, Exercitia ſpiritualia facere, plus aliquid pœnitentiæ aſſumere, libros aliquos ſpirituales legere, & ſimilia. Quæ autem ex his ipſe concedere poſſit, & in quibus ad Superiorem recurrendum ſit, ab eo intelligat.

*Coadiutores
vt inſtruat.*

*Dec. 93. §. 19.
Cong. 7.
Ex inſtruct.
pro Coad-
iutoribus.*

7 Parem quoque adhibeat diligentiam circa Coadiutores temporales, frequenter eos alloquendo, nouos præſertim & infirmiores, vt quieti ſint, & ſorte Marthæ contenti; & pro eorum captu illos inſtruat, myſteriaque Roſa-

rij doceat, vt maiore deuotione illud recitare possint. Meditationis etiam capita illis suggerat, modum & fructum orationis exigit, dirigatque vbi opus fuerit.

P. 1. c. 2. §. 2.
P. 3. c. 1. §. 20.
lit. R.
P. 4. c. 4. lit. C.

8 Doceat omnes, vt præmissâ oratione, & cum magnâ reuerentiâ ad Sacramentum altaris accedant, & post eius perceptionem per aliquod temporis spatium orent, & gratias agât.

Quomodo ad
Sacramentū
accedendum.

9 Prætereos, quos satis instructos Superior iudicauerit, cum vnoquoque agere de his ultra mensem ne differat: sæpè verò consideret, quem fructum bonorum operum ex oratione, & ex reliquis rebus spiritualibus colligant, vt in dies magis in Domino proficiant.

Singulis
mensibus citè
vnoquoque
agat.

10 In his autem omnibus videat, ne ordo vniciusque præscriptus impediatur, ac præsertim studia illorum, qui litteris dant operam, nisi cum Superior aliter iudicauerit.

Videat ne
studia, &
alia impe-
diantur.

11 Curam peculiarem habeat Nouitiorum, si qui Domi, vel in Collegio fuerint, nisi à Superiore aliunde prospectum sit: & erga eos obseruare studeat ea, quæ iuxta Magistri Nouitiorum & Examinatoris Regulas obseruari commodè poterunt.

Peculiarem
habeat curâ
Nouitiorum.

R E-

R E G V L Æ
P R Æ F E C T I
E C C L E S I Æ.

Æditui Re- I **C** V R E T, vt Ædituus Regulas suas ob-
gulas habeat,
& seruari
faciat. iam habeat.

Catalogus
dierum fe-
storum.

2 Præbeat illi catalogum singulis diebus sabbathi, quo dies festi ac ieiuniorum proxima hebdomadæ contineantur, vt eum in Refectorio recitet in cœnâ diei Dominicæ sequentis.

Modus fa-
ciendi Sacrii
assignatur.

3 Singulis diebus sabbathi vesperi in Sacristiâ scripto proponat, quemadmodum quotidie Sacra sint facienda sequenti hebdomadâ, & quo ordine rem diuinam in Altari summo facturi sint, qui ad hoc fuerint designati.

In Altari
maximo non
desit Sacrii,
nec plura
simul in-
choentur.

4 Detur opera, ne in Altari maximo desit vinqûa Sacrum quo tempore celebrari solent: habeaturque ratio, ne plura Sacra simul inchoentur, sed commodè omnia suis spatiis distinguantur.

Missæ, &
orationes pro
defunctis,
&c.

5 Curam gerat Missarum, & orationum quæ pro defunctis Societatis, & pro Fundatoribus

toribus & Benefactoribus, ac pro ipsâ Societate fieri debent, quas ex subiecto catalogo intelliget; & catalogum earum, quæ secundum nostrum institutum, & ex præscripto Generalis ordinariè faciendæ sunt, referat in duas tabellas, quarum alteram appendat in Sacristiâ, alteram in alio conuenienti loco; quæ initio cuiusque mensis publicè in Refectorio legetur.

P. 6. c. 4. §. 3.
P. 4. c. 1. &
P. 7. c. 4. §. 3.
& 4.
P. 10. §. 1.

6 Cùm Superior aliquid in Sacro Deo commendari, aut Sacra ipsa quæ ab omnibus faciendæ sint, applicari ad finem aliquem iusserit, curet scribi in schedulâ in Sacristiâ affigendâ.

*Qua scribi
curabit in
schedulâ.*

7 Quæcumque autem ex his non ab omnibus faciendæ erunt, ea Præfectus vniciquæ priuatim significanda curabit.

*Qua cuique
significanda
curabit.*

8 Librum habeat, vbi mandata Superiorum de his rebus, si aliquamdiu duraturæ, aut non statim faciendæ sint, scribantur, ne memoriâ excidant; & cùm fuerint adimpleta, deleantur.

*Qua in libro
scribes.*

9 In Collegiis & Domibus probationum curet iuxta ordinem Superioris de candelâ dandâ Fundatoribus iuxta Constitutiones.

*Candela
Fundatori
danda.*

P. 4. c. 1. §. 3.

10 Si quando externi Sacra aliqua fieri postulauerint, se Superiorem consulturum respondeat; nisi eius animum perspectum iam habeat.

*Quid cùm
Sacra fieri
externi postulant.*

11 Externos Sacerdotes ad faciendum Sacrum in nostro templo, non sine delectu admittat;

*Externos ad
Sacrum vt
admittet.*

mittat; sed eos tantùm , qui ædificationi sint, præsertim notos , idque iuxta ordinem Superioris : & intelligat an à suo Ordinario legitimam habeant facultatem.

Quid circa Sacerdotes obseruabit. 12 Videat an Sacerdotes Regulas suas obseruent, & num barbam & coronam decenter tonsam habeant.
P. 4. c. 8. §. 2.

Promouendi ad Sacerdotium. 13 Per se , vel alium à Superiore designatum , promouendos ad Sacerdotium instrui curet: & videat vt ad Romanæ Ecclesiæ ritum tam ij quàm omnes Sacerdotes se accommodent, & ne confessiones audiant, nisi sint legitimè approbati.
P. 7. c. 4. §. 5.

Elemosynæ pro ministris nullæ. 14 Animaduertat , ne vllæ pro Sacris faciendis, aut confessionibus audiendis elemosynæ admittantur.
In Ex. c. 1. §. 3. & p. 6. c. 2. §. 7. & p. 10. §. 5.

Nec arcula in Ecclesiâ. 15 Nulla sit in Ecclesiâ arcula , in quam elemosynæ coniciantur, siue pro nobis , siue pro aliis.
P. 6. c. 2. §. 8. & Can. 23. Cong. 2.

De sanctissimo Eucharistiæ Sacramento. 16 Det operam , vt sanctissimum Domini Nostri Corpus decenter in custodiâ conferuetur, diligenter cauens, ne vnumquam in eâ Sacramentum desit , habitâ communicantium ratione; & vt saltem decimoquinto quoque die innouetur, & Sacris absolutis in tabernaculo clauis obseretur.

Nostri separatim ab externis communicent. 17 Quando nostri in templo communicauerint, curet Præfectus, vt id faciant separatim ab externis.

Oleum sanctum & reli- 18 Oleum Sanctum , vt oportet , asseruatum

uatam singulis annis renouet, & Sanctorum reliquias (quæ quidem mobiles fuerint) in tabernaculo ad id deputato decenter custodiat: si quando autem deuotionis causâ ostendendæ erunt, duo cerei accendantur; atque huius tabernaculi clauem vnâ ipse habeat, & alteram diuersam Præpositus aut Rector.

quia vt asseruentur.

19 Cruces, Calices, ornamenta, & reliqua id genus, vt par est custodiantur; nec desint velamina ad cooperiendos calices, & alia ad diuinum cultum & ornatum necessaria.

Necessaria ad diuinum cultum non desint.

20 Mutari faciat Altarium & Sacerdotum ornamenta, quod ad colorem attinet, habitâ temporum & Festorum ratione, iuxta ritum Romanæ Ecclesiæ.

Quando ornamenta altarium mutantur.

21 Cùm templum ornandum fuerit, nihil sine facultate Superioris ad eam rem commodatò ab externis petat: detque operam, vt quod acceptum fuerit, accuratè custodiatur, & dominis quàm primùm reddatur.

Sine facultate nil mutetur ab externis ad ornandum templum.

22 Si templum instauratione, aliquâ in parte indigerit, aut aliis ad diuinum cultum necessariis, provideat, sicut ipsi à Superiore fuerit præscriptum.

Illius instaurationis ratio.

23 Superiori in memoriam redigat, vt aliquos designet, qui de concionibus & modo concionandi iudicare possint; quorum saltem vnus concioni interfuit, vt Concionatorem,

Curet designari qui de concionibus iudicent.

P. 4. c. 8. lit. C.

M cùm

cum opus fuerit & Superiori videbitur, admonere possit.

*Concio horâ
non excedat.*

24 Conciones & lectiones templi horæ spatium superare non debent: eo verò ordine Missæ dicantur, ne impediant, quò minus conciones tempore præfixo inchoentur.

*Mulierum
locus in
Templo se-
paratus.*

*Confessarij
non desint.*

25 Aduertat ne viri in templo mulierum locum occupent; nè ex aduerso earum, quantum fieri poterit, maneant.

26 Curet ne domi desint Confessarij, qui necessarij in templo nostro sunt, & vt confessiones vespere decenti horâ absoluantur.

*De commu-
nitione in Pa-
rochia.*

*P. 7. c. 4. §. 5.
& lit. D.*

27 Pridie Palmarum Confessarios admoneat, vt Constitutionem illam obseruent, quæ ad externos ad suas Parochias dimittendos Eucharistiæ sumendæ gratiâ pertinet, & ante id tempus, si consuetudo regionis id postulauerit.

*Officia, &
vespera in
hebdomadâ
sanctâ.*

P. 6. c. 3. lit.

B. & Gan 9.

Cong. 3.

28 Officia Hebdomadæ Sanctæ, & vespera (si hæ dicentur) fiant tono simplici, more Societatis, sine cantu, etiam firmo; nisi vbi Generalis Præpositus dispensauerit: id autem quod de vesperis dictum est, de Benedictione candelarum, & ramorum intelligatur.

*De pecuniâ
pro ecclesiâ
petendâ.*

29 Cùm aliquid petendum erit pro ecclesiâ, aut vsu sacristiæ, intelligat in eâ re Superioris voluntatem, eamque exequatur. Cumque pecuniæ alicuius momenti summa dabitur,

tur, aut colligetur, eam deponat apud Procuratorem in scrinio aliquo, cuius clauem vnâ Superior habeat, & alteram diuersam ipse Præfetus.

30 Librum habeat, in quo eleemosynarum, quæ Ecclesiæ vsibus dantur, & expensarum rationes constant. *Librum habeat dati & accepti.*

31 Panni omnes linei semper mundi seruentur, & separatim corporalia, atque etiam purificatoria (quæ quatuor cruces in angulis habeant) lauentur; & vtrorumque ablutio, & cineres eorum, quæ vetustate consumpta comburuntur, in sacram piscinam mittantur. *Mundities in omnibus.*

32 Catalogum vnum rerum omnium ecclesiæ mobilium, quæ alicuius momenti sunt, custodiat: in altero verò illa scribantur, quæ aut noua sibi traduntur, cum die, anno, &c. aut vetustate consumuntur, vt possit cum exigetur, prioris catalogi rationem reddere: sæpè etiam res pretiosiores inspiciet, ne aut lædantur, aut amittantur; arcis in quibus seruantur, & sacristiæ ianuis benè clausis & munitis. *Catalogi rerum Ecclesiæ.*

33 Cum nostrorum aliquis extremum diem obierit, spatio diei naturalis decenter teneatur, nisi ratione mali odoris, aut ex aliâ iustâ causâ, anteuerti hoc tempus Superiori posse videretur. *Quæ in defunctis seruanda. P. 6. c. 4. lit. B.*

34 Obseruetur circa vestitum Sacerdotum *Quo vestitus nostri sepe liendi.*

M 2

tum

Can.27.
Cong.1.

tum mortuorum , quod de viuentibus dicitur
in Constitutionibus , vt scilicet vtamur eo
modo , quo Sacerdotes honesti eius regionis,
in quâ versamur, vti solent: fratres verò qui Sa-
cerdotes non sunt, sepeliantur eo modo indu-
ti, quo alij Clerici honesti, qui Sacerdotes non
sunt, sepeliri solent.

Funeri ne-
cessaria cu-
rabit.

P.6.c.4. §.3.
& Can.27.
Cong.1.

35. Curam suscipiet sepulchri, candelarum,
& precum, quæ consueto more dicuntur, re-
rumque ceterarum, quæ ad eam rem erunt ne-
cessariæ.

CA-

CATALOGVS
MISSARVM

ET

ORATIONVM,
quæ nostris præscribuntur.

SACRA	ORATIONES
iuxta nostrum	iuxta nostrum
institutum, à	institutum, ab
Sacerdotibus	iis qui Sacer-
Societatis or-	dotes nõ sunt,
dinariè facien-	ordinariè fa-
da.	ciendæ.

Singulis annis.

Singulis annis.

I IN principio cuiusque anni unusquisque Sacerdos Missam celebret pro nostra Societate.

ET singuli, qui Sacerdotes non sunt, ad eandem intentionem integrum Rosarium Domine Nostræ,

M 3

vide-

videlicet cœtum quin-
quaginta Ave MA-
RIA, & quindecim
Pater Noster, aut tres
coronas recitent.

P. 4. c. 1. §. 1.
& Can. 18.
Cong. 3.

2 Singulis annis præ-
scripto die, in quo me-
moria fūdationis Col-
legij vel Domus fit,
Missæ cum solemnita-
te pro Fundatore pro-
prij Collegij vel Do-
mus, & benefactori-
bus viuis & defunctis
celebretur: & reliqui
Sacerdotes, qui in Col-
legio vel Domo habi-
tauerint, pro eisdem
sua Sacrificia offerant.

Et singuli, qui Sa-
cerdotes non sunt ad
eamdem intentionem
vnam coronam, aut
tertiam partem Rosa-
rij recitent.

Decr. 67.
Cong. 7.

3 Die 27. Septem-
bris Patres omnes Sa-
cra eo die peragenda
Deo offerent in gra-
tiarum actionem, con-
firmatæ natæque tunc
primùm Societatis,
proque felici eiusdem
succesſu.

Et singuli, qui Sa-
cerdotes non sunt, ad
eamdem intentionem
offerent Rosaria alias-
que preces, & Com-
munionem Sacram.

Sim-

Singulis mensibus. Singulis mensibus.

4 In principio cuiusque mensis vnusquisque Sacerdos Missam celebret pro nostra Societate.

Et singuli qui Sacerdotes non sunt, ad eandem intentionem tertiam Rosarij partem, aut vnam coronam recitent. P. 10. §. 1.

5 Initio cuiusque mensis omnes Sacerdotes, qui in Collegio vel Domo fuerint, pro Fundatore proprij Collegij vel Domus, & benefactoribus viuis & defunctis semel Missæ sacrificium offerant.

Et singuli qui Sacerdotes non sunt, ad eandem intentionem vnam coronam, aut tertiam Rosarij partem recitent. P. 4. c. 1. §. 2.

*Singulis hebdomadis.**Singulis hebdomadis.*

6 Singuli Sacerdotes pro illis de Societate, qui extra Prouinciam moriuntur, semel in quauis hebdomadâ Missæ sacrificium offerant.

Et singuli, qui Sacerdotes non sunt, ad eandem intentionem vnam coronam, aut tertiam Rosarij partem recitent. Can. 11. Cong. 3.

7 Sin-

M 4

P. 10. §. 1.

7 Singulis hebdomadis, vbi cumque fuerint decem vel pauciores Sacerdotes, pro nostrâ Societate vna Missa à designato à Superiore dicetur; duæ verò, si fuerint plures, quàm decem; tres autem, si fuerint plures, quàm viginti; & ita deinceps in reliquis decadibus, si numerus Sacerdotū fuerit maior.

Et singuli, qui Sacerdotes non sunt, in quavis hebdomadâ ad eandem intentionem septem Pater noster, & septem Ave MARIA recitent.

P. 7. c. 4. §. 4.

8 Singulis hebdomadis pro Benefactoribus viuis & defunctis propriæ Domus vel Collegij, præter eas, quæ pro Fundatore dicuntur, vna, aut duæ, aut plures Missæ, pro numero Sacerdotum, offerantur, seruando ordinem modo prædicto.

Et singuli, qui Sacerdotes non sunt, in quavis hebdomadâ ad eandem intentionem septem Pater noster, & septem Ave MARIA recitent.

P. 4. c. 1. §. 1.

9 Singulis hebdomadis

Et vnus ex iis qui

madis Missa semel pro Sacerdotes non sunt, à
Fūdatore propriij Col- Superiore designatus,
legij vel Domus, & ad eandem intentio-
benefactoribus viuis nem vnā coronam,
& defunctis, à designa- aut tertiam partem
to à Superiore cele- Rosarij recitet.
bretur.

10 In Domibus &
Collegiis, quæ saltem
viginti ex nostris alere
possunt, etiam si non
habeant proprium Fū-
datorem, fiant pro iis
viuis & defunctis, qui
eorum foundationem
notabiliter adiuuerūt,
eadem Sacra, quæ pro
Fundatoribus ordina-
riè fieri solent.

Et singuli, qui Sa- P. 4. cap. 1.
lit. E.
cerdotes non sunt, ad
eamdem intentionem
pro eisdem facere de-
bent eandem oratio-
nes, quæ pro Funda-
toribus ordinariè fieri
solent.

*Sacra ab eisdem
extraordinariè
facienda.*

*Orationes ab eis-
dem extraordi-
nariè faciendæ.*

11 Cùm primùm
Societas in Collegij
alicuius possessionem
vene-

Et singuli, qui Sa- P. 4. c. 1. §. 4.
cerdotes non sunt, ad
eamdem intentionem
M 5

venerit, quilibet Sa- Rosarium integrum,
cerdos ter Sacrum fa- aut tres coronas reci-
ciat pro superstitite Fú- tent.
datore ipsius, ac bene-
factoribus.

P.8. c.1. §.4. 12 Cùm ex hac ví- Et singuli, qui Sa-
tâ idem Fundator ex- cerdotes non sunt, ad
cesserit, singuli Sacer- eamdem intentionem
dotes ter Sacrum pro Rosarium integrum,
animabus illius & Be- aut tres coronas reci-
nefactorum faciant. tent.

P.4.c.1.lit.
D.&E. 13 Idem iudicium Et singuli, qui Sa-
erit de Communitati- cerdotes non sunt, in-
bus, vel Rebuspub. tegrum Rosarium aut
quæ non moriuntur: tres coronas, pro vi-
sunt enim tria Sacra uentibus Communi-
pro viuentibus, & tria tatibus, & totidem
pro defunctis earum. pro defunctis earum
Sic etiam faciendum, recitabunt. Similiter
quando plures simul facient, quando plures
foundationem consti- simul foundationem
tuunt. constituunt.

Can.18.
Cong.3. 14 Cùm primùm Et singuli eiusdem
Societas in alicuius Prouinciæ, qui Sacer-
Domus professæ pos- dotes non sunt, inte-
sionem venerit, qui- grum Rosarium, aut
libet Sacerdos intra tres coronas pro su-
illam

illam Prouinciã ter persite Fundatore ac
Sacrum faciat pro su- benefactoribus : &
persite Fundatore ip- quando vitã functus
sius , ac benefactori- fuerit , alterum Rosa-
bus : & quando vitã rium integrum , aut
functus fuerit , alia tria tres coronas , pro ani-
Sacra ab eisdem pro mabus illius ac bene-
animabus illius & be- factorum recitent.
nefactorum fiant.

15 Pro Communi-
tatibus verò , & pluri-
bus , qui simul Domus
professæ foundationem
constituunt , fiant in-
tra eandem Prouin-
ciam , quæ de Colle-
giis dicta sunt numero
II. 12. 13.

Et singuli eiusdem
Prouinciæ , qui Sacer-
dotes non sunt , ad
eandem intentionem
faciant , quæ de Colle-
giis , eisdem numeris
dicta sunt.

P. 4. c. 1. lit.
D. & E.

16 In Domo vel
Collegio , vbi quis de
Societate decesserit ,
singuli Sacerdotes pro
eo tria Sacra , in
aliis verò Prouinciæ
locis duo Sacra faciãt.

Et singuli eiusdem
Domus , aut Colle-
gij , qui Sacerdotes
non sunt , pro eo tres
coronas , aut tres par-
tes Rosarij , pro aliis
verò eiusdem Prouin-

Can. 11.
Cong. 3.

17 Cùm

ciã duas coronas , aut
duas partes Rosarij re-
citent.

Can. 11.
Cong. 3.

17 Cùm de obitu
cuiusque nostrorum,
qui extra Prouinciam
obiit, significatur, per
vniuersam Societatem
omnes Sacerdotes in
Missis, illius animam
Deo commēdent, pro
cuiusque deuotione.

Et singuli, qui Sa-
cerdotes non sunt, in
suis orationibus illius
animam Deo com-
mendent, pro cuius-
que deuotione.

P. 7. c. 4. §. 3.
lit. A.

18 Omnes Sacer-
dotes curent, iuxta
Constitutiones, fre-
quenter orare pro vni-
uersâ Ecclesiâ, ac pro
iis præsertim, qui ma-
ioris sunt momenti ad
eius vniuersale bonũ,
cuiusmodi sunt Princi-
pes Ecclesiastici & sæ-
culares, & alij qui mul-
tùm prodesse vel ob-
esse bono animarum
possunt; & pro amicis
& benefactoribus vi-
uentibus & vitâ fun-
ctis,

Et omnes, qui Sa-
cerdotes non sunt,
idem iuxta Constitu-
tiones curare debent.

Etis , & pro aliis in quorum auxilium peculiariter ipsi , & reliqui de Societate in variis locis inter fideles & infideles incumbunt ; & etiam pro malè affectis erga nostram Societatem.

Par. 10. lit. B.

<p><i>Sacra ex præscripto P. N. Generalis ab vnoquoque Sacerdote Societatis ordinariè facienda.</i></p>	<p><i>Orationes ex præscripto P. N. Generalis à singulis , qui Sacerdotes non sunt , ordinariè faciendæ.</i></p>
---	--

19 Vnusquisque Sacerdos singulis mensibus duo Sacra faciat, alterum pro Indiis & Gentium conuersione; alterum pro regionibus Septentrionalibus & hæreticorum reductione: & in aliis Sacrificiis & orationibus

Et singuli qui Sacerdotes non sunt, vnâ coronam, aut tertiam partem Rosarij, pro Indiis & Gentium conuersione; & alteram coronam aut tertiam Rosarij partem pro regionibus Septentrionalibus & hære-

bus

bus eadem Domino commendabit. tiorum reductione recitent: & in aliis orationibus eadem Domino commendabūt.

20 Singulis hebdomadis vnusquisq; Sacerdos Sacrum vnum ad intentionem Reuerendi Patris Nostri Generalis faciat: & in aliis Sacrificiis, & orationibus eadem Domino commendabit. Et singuli, qui Sacerdotes non sunt, ad eandem intentionem vnā coronam aut tertiam Rosarij partem recitent: & in aliis orationibus eadem Domino commendabunt.

Non intendimus per ea, quæ superius recensentur, excludi reliqua Sacra & orationes omnes, quæ pro occurrentibus necessitatibus à Superioribus imponi ad tempus solent.

RE-

R E G V L Æ

S A C E R D O T V M.

1 **Q**VÆ de disciplinâ religiosâ in Regulis & Instituto nostro seruanda omnibus proposita sunt, ea Sacerdotes, pro ratione sui gradus, sibi præcipuè dicta existiment, & obseruent.

*Disciplina
religiosa.*

2 Diuinum Officium nitantur attentè, deuotè, & opportuno tempore recitare.

*Officium di-
uinum, vt
recitandum.*

3 Ita viuere studeant, vt quotidie meritò celebrare possint: ad idque conducet (quamuis ex Constitutione octauo, vt minimùm, quoque die confiteri teneantur) sæpiùs in hebdomadâ confiteri.

*Quoties con-
fitebuntur.
In Ex. c. 4.
§. 25.*

4 Cærimonias Missæ ex vsu Romano accuratè vnusquisque obseruet: in eâque celebrandâ pronuntiationem, & quamcumque aliam exteriorem actionem ita moderetur, vt non minùs aliorum ædificationi, quàm propriæ deuotioni seruiat. Et ideò semihoram in faciendo Sacro nec multùm excedat, neque ita breuis sit, vt illam non expleat.

*Cærimonia
in Missâ
seruanda.
P. 4. c. 8. §. 2.*

5 Qui in summo Altari Sacra facturi sunt, simulatque campanæ se vocantis pulsum audierint, vel admoniti fuerint, ad vestes Sacerdotales induendas se conferant, vt

*Admoniti
ad Sacrum
statim ibunt.
P. 4. c. 8. §. 6.
& lit. F. &
Can. 21.
Congr. 1. &
Can 20.
in
Cong. 2.*

in tempore exire ex Sacristiâ possint.

*Doctrina
Christiana
sui illis cura.*

6 Salutare tradendæ doctrinæ Christianæ ministerium pueris ac rudibus, quod à sui origine nostra Societas tanto affectu complexa est, pari omnes studio promouere curent.

*Exercitiorum
spiritualium
usus.*

P. 4 c. 8. §. 5.
& p. 7. c. 4.
§. 8. & lit. E.

7 Intelligent sibi ratione peculiari incumbere, vt Exercitiorum spiritualium, quæ tanto perè ad Dei obsequium conferre cernuntur, usum valdè familiarem habeant; quò & alios ad ea suscipienda adducere, & in eo tam utili armorum spiritualium genere tractando dexteritatem habere possint.

*Auditionem
confessionum
magni faci-
ant.*

P. 7. c. 4. §. 5.

8 Omnes ij, quibus ex Obedientiâ confessiones audiendi sanctum munus committitur, multum ad id affici studeant, & tamquam nostri instituti valdè proprium magni faciant.

*Confessiones
non nisi de-
putati au-
diant.*

P. 7. c. 4. §. 5.

9 Nemo ad confessiones audiendas accedat, nisi à Superiore deputatus, & qui simul intelligat, quam facultatem ad hoc munus ab eo habeat.

*Modum ad-
ministrandi
Sacramenta
addiscant.*

P. 4. c. 8. §. 4.
& lit. D.
P. 8. c. 1. §. 8.
& p. 10. §. 9.

10 Modum ea Sacramenta ministrandi, quæ Sacerdotes nostræ Societatis tractare possunt, perspectum omnes habeant, in eo que vniformes sint, quantum regionum varietas patietur: formam tamen & rationem absol- uendi ab excommunicatione, & aliis censuris & peccatis, eamdem omnes sequantur; atten- dant que, ne ex modo vtendi facultatibus Societatis, Ordinarij & Parochi iure offendi pos- sint.

11 In casibus conscientiarum, iisque præsertim qui ad censuras, casus referuatos, restitutiones pertinent, sese diligenter exerceant: earumque rerum Compendia, & breuem interrogandi methodum, ac contra singulorum peccatorum species exempla & dicta Sanctorum, atque alia salutaria remedia comparare studeant.

Quæ ad confessionem spectant.
P. 4. c. 8. & lit. D.

12 Confessarij inter seipfos, & in modo procedendi cum pœnitentibus, conformes esse curent: & quantum res tulerit, ita aliorum Confessariorum existimationi vnusquisque consulat, vt omnes intelligant, mutuo caritatis & vniformis doctrinæ vinculo, Societatis Confessarios in Christo esse colligatos.

Caritas & vniformitas doctrinæ.
P. 3. c. 1. §. 18.
& p. 8. c. 1. §. 8. & p. 10. §. 9.

13 Vocati ad ecclesiam ad confessiones audiendas, statim cum animi alacritate eò se conferant: & quò maior pœnitentium multitudo futura est, eò magis tempestiuè ab aliis occupationibus se expediant.

Parati sint cum vocantur.

14 In templo confessiones, dum concio fit vel sacra lectio, nemo audiat.

Confessiones tempore concionis.

15 Confessarij ita audiant pœnitentes, vt mutuuum aspectum fugiant: sic enim attentius & liberiùs audient. Quòd si locus non erit eiusmodi, vt tabula Confessarium à confitente diuidat, manus interposita inter faciem propriam & confitentem, qui ad latus esse debet, id præstabit. Mulierù verò Cõfessiones nõ audiantur nisi ad crates, etiam si sint puellulæ.

Modus in confessionibus audiendis.

Decr. 93. §. 12. Cong. 7. Ex Instruct. pro Cõfess.

- Quales cum mulieribus.* 16 In audiendis confessionibus, feminarum præsertim, seueros potiùs se, quàm familiares exhibeant : in vniuersum tamen paterna quædam & spiritualis grauitas in eis eluceat.
- Eas breuiter expediant.* 17 Eos, qui crebriùs confitentur, maximè feminas, breuiter expediant; nec de rebus ad confessionem non pertinentibus in confessione loquantur : extra confessionem verò, si oportebit eas alloqui, id fiat in loco patenti, nec longum sermonem misceant, & oculos modestè demissos habeant.
- Decr. 93. §. 13. Cong. 7. Ex Instruct. 6. pro Confess.
- Socij præsentia.* 18 Quando quis à Superiore mittetur ad confessiones feminarum audiendas, vel alià de causâ eas adierit; socius, quem Superior ipsi designabit, quamdiu cum feminis Sacerdos loquetur, eo in loco erit, vnde videre eos, sed non quæ secreta esse oportet audire possit, quantum loci dispositio patietur: quòd si non pateretur, curet omnino Sacerdos, ne ostium sit clausum, nec locus obscurus.
- Nullius curâ suscipiat.* 19 Particularem personarum, præsertim feminarum, curam nemo suscipiat: & quamuis Confessarius pro suo munere in vitâ spirituali pœnitentem instituat, nullius tamen obedientiam admittat.
- Quid si alteri confiteri velint.* 20 Si quis vni confiteri solitus, ab eodem alium Confessarium adeundi facultatem petierit, vel eâ non petitâ adierit; id sibi gratum esse

esse Confessarius benignè ostendat.

21 Vt sanitatis etiam ratio ad Dei gloriam habeatur, confessiones manè ad horam vsque prandij tantùm audiant; ita vt cùm signum primæ mensæ audietur, studeant se ita accommodare, vt ad secundam accedant: nisi fortè pœnitentium necessitas aliud exigat.

Tempus audiendi confessiones.

22 Nemini aut petere aut accipere quidquam liceat, siue ab iis quorum confessiones audiuerit, siue ab aliis, quod vel in pauperes distribuatur, vel alteri satisfactionis nomine restituatur; nisi Superior, cùm opus esset, secus faciendum iudicaret.

Nil in scio Superiore petant.

23 Etsi vota ad perfectionis statum pertinentia, vt sancta laudari debent; & circa ea Confessarij consilium, sed magnâ cum consideratione, dare possint; quia tamen non humanam, sed diuinam vocationem requirunt, nemo ad ea emittenda quemquam inducat; verùm ad orationem tales hortetur, vt à Deo adiuti, vocationem suam meliùs intelligant & exequantur.

Neminem ad emittenda vota inducant.

24 Si quos viderint ad Religionem propensos, nō facilè ad vnâ potiùs quàm ad aliam, ad hoc quàm ad illud Monasterium inuitent; sed liberam illis suam electionem relinquunt. Poterunt tamen petentibus consilium, eas Religionem vel Monasteria proponere, quæ illis magis commoda in Domino iudicauerint.

Quid cum propensis ad Religionem.

Nulli habitū
certum præ-
scribat.

25 Nullus eis, quorum audit confessiones, certum vestimenti genus, hunc aut illum habitum, vel colorem præscribat: tamen si omnes ad honestum & suo statui convenientem vestitum hortari possint.

Communio
secularibus
quando per-
mittenda.

26 Ut pium est ad frequenter communican- dum fideles exhortari; ita quos ad id prop- cōfos viderint, admonere debent, ne crebrius, quàm octavo quoque die accedant; præsertim si matrimonio sint coniuncti.

Communio
in Paschate.
P. 7. c. 4. lit.
D.

27 Admoneat eos qui sibi confitentur, à Dominicâ Palmarum ad Dominicam in Albis inclusivè, eo tempore (nisi aliud consuetudo loci postulaverit) debere semel in suâ Parochiâ communicare; exceptis peregrinis, & iis qui facultatem haberent, & reliquis, quos ius ex- cipit.

Quomodo
cum mori-
bundis se-
gerant.
P. 4. c. 8. §. 7.
& lit. G.

28 Qui vocantur ad iuvandos eos, qui morti vicini sunt, ea in promptu habeant, quæ eo tempore, in quo tantum est momenti, vsui esse possint; tamdiuque illis adsint, quamdiu sola necessitas postulabit. Ceterum etsi cum opus est, ægrotos ad condenda testamenta hortari conveniat, iis tamen conficiendis non assistant.

R E G V L Æ

CONCIONATORVM.

1 **R**E G V L Æ quæ Sacerdotibus propo- *Sacerdotum*
 ritæ sunt, eas sibi Concionatores in pri- *Regulas ob-*
 mis commendatas existiment; nec minore cu- *seruent.*
 râ, quàm ceteri obseruent.

2 Memores sint vocatos se esse ad reducen- *Media sibi*
 das animas suo Creatori: quod cum sit opus *conferentia*
 omnium difficillimum, summo studio media *ad id mune-*
 illa adhibeant, quæ instrumentum cum Deo *ris.*
 coniungunt: eiusmodi sunt solidæ virtutes, ac *P. 10. §. 2.*
 præcipuè caritas, pura intentio Diuini seruitij,
 familiaritas cum Deo in spiritualibus deu-
 tionis exercitiis, & zelus sincerus animarum
 ad gloriam Diuinæ Maiestatis.

3 Enitantur cum Dei gratiâ esse ceteris *Sint ceteris*
 exemplo: vt non minùs vitâ, quam doctrinâ, ad *exemplo.*
 omnem virtutem proximos alliciant. *P. 7. c. 4. §. 2.*

4 Lectioni sacræ Scripturæ, ac Patrum *Sacra Scrip-*
 præcipuè incumbant. Conferet etiam peculiari *tura & Pa-*
 studio vidisse Euangelia toto anno curren- *tribus va-*
 tia, & in eis ea, quæ vsui esse possunt, adnotaf- *cent.*
 se: itemque compendium fecisse explicationis *P. 4. c. 8. lit.*
 rerum ad fidem & Christianam vitam neces- *B. & F.*
 sariarum; atque in communes locos redegisse
 omnia, quæ ad virtutum commendationem,
 & peccatorum detestationem pertinent.

N 3

5 Con-

*Qua ad bene
concionandi
inuabunt.
P.4.c.8.lit.
C.*

5 Conferet vidisse præceptiones, si quas de modo concionandi illi tradunt, qui bene hoc munus obierunt; bonos audisse Prædicatores, & in concionibus Domi, vel in aliis locis minùs frequentibus, se exercuisse.

*Corrigi op-
tent.
P.4. c.8.lit.
C.*

6 Optare debent, vt admoneantur, si quid in concione corrigendum videbitur iis, qui à Superiore ad id deputari fuerint; & humili, & grato animo id accipere.

*Parati sint
ad pueros &
rudes in-
struendos.
In 1. Bul. no-
stri instit. &
p.5.c.3.lit.B.
& p.7.c.4.
§.7.*

7 Ita operam suam in celebrioribus concionibus libenter impendant, vt non minùs se ad docendos pueros & alios rudes instruendos, faciles & paratos exhibeant.

*Alij volenti
concionari,
cedant.
Vtilitatem
auditorum
curabunt.
P.4.c.8.§.3.
lit.B.*

8 Si quando occasio tulerit, vt alius eodem tempore concionari velit; quantum in ipsis erit, libenter cedant.

9 Ea populo proponant, quæ ad captum, & vtilitatem auditorum erunt accommodata; iisque insistant, quæ ad Christianam institutionem, atque ad extirpanda vitia, & virtutes inferendas valent: & à rerum subtilium curiosà tractatione se abstineant.

*Qua com-
mendare de-
beant.
In vit. reg. li-
bri Exerc.
regul. 2.
Ibid. reg. 7.*

10 Commendare debent Confessionis & Eucharistiæ frequentem vsum, in bonis operibus profectum, & perseverantiam, Ecclesiasticarum cærimoniæ obseruationem, & cetera, quæ ad cultum Diuinum pertinent, eamque obedientiam, quæ Principibus & Prælati, qui Dei in terris vices gerunt, exhibenda est.

II Com-

11 Commendabunt etiam peculiari ratione pœnitentiæ & misericordiæ opera, sanctorum precum & aliarum piarum deuotionum exercitia, vtilium librorum lectionem, & bonam filiorum educationem.

Ibid. reg. 3.
Ibid. reg. 6.
Ibid. reg. 10.

12 Cùm experientia doceat, & sanctæ memoriæ Pater IGNATIUS scriptum reliquerit, nihil vtilitatis percipi ex iis concionibus, in quibus Principes & Magistratus Reipublicæ, Prælati, & alij Ecclesiastici in particulari reprehenduntur; Concionatores nostri ab huiusmodi reprehensionibus abstineant.

Neminem in particulari reprehendat.

13 Caueant, ne Religiosos aliorum ordinum, quos reuereri & obseruare debent, etiam tacite videantur reprehendere. Et quamuis nostros ad maiores in virtute progressus excitare possint, præsertim in domesticis exhortationibus; reprehensionem tamen alicuius particularis, vel ipsius Societatis, ne attingant.

Nec tacite religiosos, &c.
P. 3. c. 1. lit. S.

14 Ne rumoribus populi moueantur, vt noua & parum confirmata in publicum afferant; & multò minùs ea populo proponant, quæ alioqui dubia & incerta sunt.

A dubiis & incertis abstineant.

15 Curent, vt rationem, & modum, quem obseruare debent in rebus populo denuntiandis, & certis pauperibus, aliisque piis operibus commendandis, à Superiore accipiant.

Modus res denuntiandi, &c.

Facetias & inutilia fugiant.

16 Caueant omnino, ne facetiis aut inutilium rerum narratione concionem contempibilem faciant, iſſve Auditores ad riſum moueant; vel contrà, vt ad fletum excitent, ſpectanda aliqua populo proponant, à communi in Societate concionandi conſuetudine aliena, niſi in aliquo peculiari caſu ad communem ædificationem pertinere Superior, pro ratione loci, iudicaret.

Dicenda præmeditantur.

17 Ea quæ dicturi ſunt, diligenti præmeditatione, & peculiari ad Deum recurſu (quate- nus per tempus licebit) paranda erunt.

Arrogantiam & oſtentationem fugiant.

18 Caueant arrogantiam & oſtentationem in concione: humilitatem quæ, cui ex intimo cordis affectu ſtudere debent, in omni actione præſe ferant. Quòd ſi aliquid pro ſe, aut Societate cogantur reſpondere, eâ modèſtiâ ſatisfaciant, vt cauſam Chriſti, non ſuam, agere videantur.

*Motus animorum præcipuè ſpectandus.
P. 4. c. 8. ſ. 3.*

19 Modus concionandi (qui à ſcholæſtico diuerſus eſſe debet) ita ſit ad docendum comparatus, vt ad animorum motum præcipuè dirigatur. Cum quæ quæſtio aliqua earum, quæ ad fidem aut mores pertinent, modo aliquo tractanda erit, non ita exactè proponantur argumenta, quibus contraria pars confirmatur (niſi auditorium id poſtulet) vt ſimpliciores ipſo proponendi modo offendi poſſint; ſed eo pacto res exponatur, vt illi ex datâ explicatione ſolutionem eorum, quæ ſibi in mentem uenerint,

nerint, aut ab aliis audiuerint, facile colligant.

20. Ne sint affectati, aut verborum lenocinia sectentur: nec studio politioris sermonis eos libros habeant familiares, ex quorum lectione detrimentum in spiritu accipiant, & sæculare aliquid redoleant.

Verborum lenocinia fugiant.

21. In laudibus & reprehensionibus à nimis exaggerationibus, & ab omni specie adulationis abstineant.

Ab exaggerationibus abstineant.

22. Gestus corporis sit modestus, & in quo grauitas quædam religiosa præcipuè eluceat: vocemque accommodent ad res, quas tractabunt: proinde eam, vbi non est opus, ne præter modum extollant aut deprimant.

Modestia vocis & gestus.

23. In concionibus & lectionibus templi, spatium horæ ne excedant.

Horæ spatium ne excedant.

24. Qui in loca etiam remotiora concionatur mittuntur, præter equum suum & Socij, tertium pro sarcinis ne addant. Cumque extra Collegia concionantur, victum potius, quàm pecuniam pro victu, accipiant; idque apud Ecclesiasticum, vel alium honestum ciuem, vel conuenienti aliquo Religiosis loco. Sit verò victus tenuis & parcus, vt Religiosos decet. Viaticum porro non nisi necessarium pro solo itinere admittant.

De iis, qui foris concionantur.

Dec. 93. §. 8. Cong. 7.

N S R E-

REGVLÆ EORVM
 QVI IN
 MISSIONIBVS
 VERSANTVR.

*Scopus So-
 cietatis.
 In decl.
 proœni. 4.
 p.lit. A. & p.
 6. c. 3. §. 5.*

I CVM scopus, ad quem tendit Societas, sit, varias mundi partes ex obedientiâ Summi Pontificis vel Superioris Societatis peragrando, verbum Dei prædicare, confessiones audire, & reliquis quibuscumque poterit mediis uti ad animas, diuinâ aspirante gratiâ, iuandas; quicumque in huiusmodi missionibus versantur, sibi persuadeant, rem maximi ponderis in Societate sibi commissam esse, atque ita se comparare studeant, ut apta Dei instrumenta ad rem tantam esse possint.

*Indifferētia.
 P. 3. c. 2. lit.
 G. & p. 7. c. 1.
 §. 1. & c. 4.
 §. 1.*

2 Quia vocationis nostræ est vitam agere in quavis mundi plagâ, ubi maioris Dei obsequium, & animarum auxilium speratur; vnusquisque paratus esse debet, ut in eâ vineæ Christi parte atque opere se exerceat, quod

quod ipsi commissum fuerit, siue per varia loca discurrendo, siue in quibusdam continenter relidendo.

3 Vnusquisque plenam in his ac liberam sui dispositionem Superiori, qui eum Christi loco dirigit, relinquat: poterit tamen motus animi aut cogitationes, quæ in contrarium occurrunt, illi proponere, subiiciendo suum sentire & velle ei quod ipse in Domino iudicauerit.

*Libera sui
dispositio.
P. 7. c. 2. §. 1.
Ibid. lit. K.*

4 Ei qui mittendus erit plurimum conueniet, vt intelligat à Superioribus scopum suæ missionis, & effectum, cuius gratiâ mittitur: id quod in scriptis, si fieri potest, habere curabit.

*Finem mis-
sionis à Su-
periore in-
telligat.
P. 7. c. 1. §. 5.*

5 Cùm oppidatim missi fuerint ad fructificandum in agro Domini, dabunt operam, quoad fieri poterit, vt more pauperum Euangelium prædicent: proinde & pedites, vel in toto vel in parte, iter facient, si eos Superior id præstare posse iudicauerit; & ex elemosynis, vel oblatis vel cum ædificatione emendicatis, viuent; nisi alia ipsi à Superiore sustentationis ratio sit constituta.

*Modus ser-
uandus cum
oppidatim
mittuntur.
P. 7. c. 2. li. G.
Can. 12.
Cong. 3.*

6 Si nullum eis à Superiore designatum fuerit hospitium, intelligant sibi ad aliquod hospitale, tamquàm ad hospitium pauperum, esse diuertendum: si tamen honestum id sit, atque ad exercenda ex eo ministeria Societatis

*Ad quos di-
uertendum.*

tis

tis accommodatum : alioqui convenientius erit, vt in domum pij alicuius & exemplaris Ecclesiastici, aliũ ve eiusmodi locum se recipiant, in quo cum ædificatione manere possint.

*Ordinarius
primũ
adeant.*

*P. 10. §. 11. &
lit. B.*

7 Cũ ingressi fuerint loca ea in quibus Ordinarij resident, eos quàm primũ adeant, suamque operam illis submissè offerant, & facultatem ad exercenda Societatis ministeria modestè ac religiosè petant : eosque omnes tam Ecclesiasticos, præcipuè Parochos, quàm sæculares, quorum auctoritate aut fauore opus habent, beneuolos sibi facere studeant.

*Agnoscant
qui eos iuuare
possunt.*

8 Cũ eò peruenerint, vbi diutius immorari debent, prudenter ac maturè operam dabunt, vt notitiam habeant probatorum virorum, & pietate ac rebus agendis insigniorum, quorum informatione vel auxilio iuuari possint ad ministeria Societatis maiore cum fructu animarum exercenda.

*Orationes
pro missionibus.*

P. 7. c. 2. lit.

M. & c. 4. §. 3.

9 Qui in Missione Superior erit, initio suscipiendorum operum, vel quando maior subsidij necessitas cernitur (quod res magni momenti sint, vel difficultates graues incidant) applicabit, curabitque applicari Missas & orationes, vt omnia cedant ad maiorem Dei gloriam, & proximorum vtilitatem.

*In quibus se
exercbunt.*

P. 7. c. 3. §. 2.

10 Si iis qui mittuntur, non fuerit iniunctum, vt medio aliquo vtantur limitato, quale esset vel legere vel prædicare, &c. in iis tantũ se

se exercebunt, quibus Societas uti solet, iuxta Constitutiones: conferre tamen illa cum eo ^{ibid. lit. A.} Superiore, qui eis propior fuerit, semper erit securus.

11 Media spiritualia, quibus iuxta institutum Societatis, & beneplacitum Superioris uti poterunt, ferè sunt ministerium verbi Dei in prædicationibus, sacris lectionibus, privatisve exhortationibus, & colloquiis; Sacramentorum Confessionis & Eucharistiæ administratio; Exercitiorum spiritualium traditio; dissidentium reconciliatio; casuum conscientiæ ad Ecclesiasticos, eorumque officij magis priuata explicatio; & Christianæ doctrinæ ad pueros ac alios rudes publica declaratio.

Quibus modis spiritualibus utitur.
P. 4. c. 8. &
P. 7. c. 4.

12 Corporalibus etiam pietatis operibus, quantum spiritualia permittent & vires patientur, incumbere poterunt, ut infirmos, præcipuè in Xenodochiis, per se vel per alios iuando, & pauperes ac in custodiis detentos, quatenus licebit, eodem modo subleuando.

Corporalibus pietatis operibus vacandum.
P. 7. c. 4. §. 9.

13 Et si certus ordo in nostris ministeriis exercendis præscribi non potest; plerumque tamen vtilius erit & securus ab humilioribus inchoare, ut à doctrinâ Christianâ pueris explicandâ, ab ægrotis hospitalium inuisendis, eorumque & aliorum magis indigentium confessionibus audiendis.

Ab humilioribus ministeriis inchoandum.

14 Quamquam humana media non solum spernenda non sunt, sed etiam cum opus est, ^{Diuina media præcipuè adhibenda.}

pru-

prudenter & religiosè adhibenda; diuinis tamen, & nostri instituti magis propriis præcipuè vtendum est, in eisq̄ue magis fidendum, orandusq̄ue Deus, vt iis omnibus det eam efficaciam, quæ sit proposito fini consequendo necessaria.

*Omnibus
omnia fiant.*

15 Iuxta eam caritatis regulam, quâ se Apostolus omnia omnibus faciebat, vt omnes lucrifaceret, expedit nonnumquam vt ingenio eorum, cum quibus agent, initio se attemperent (quatenus ratio & virtus ferent) ita tamen vt meminerint ad id tandem eos cum Dei gratiâ perducere, quod illis in Domino magis conferre iudicabunt.

Animi magnitudo.

16 Eam animi magnitudinem & æquabilitatem retinere studeant, vt & prosperis successibus & aduersis superiores sint; quò nullo euentu fracti, nec religiosæ modestiæ, nec sanctæ libertatis, nec bonæ de se conceptæ existimationis, quæ ad fructum colligendum necessaria est, quidquam amittant.

*Quid cum
malè affectis
erga Societatem
faciendum.*

P. 10, lit. B.

17 Si quos erga se, aut Societatem malè affectos esse intellexerint (præsertim non vulgaris auctoritatis homines) aut qui nostra ministeria impediunt, non solum pro eis orabunt; sed etiam conuenientem aliquam rationem inibunt, vt eos amicos, aut saltem non aduersarios faciant. Ad quam rem non parum conferet, si datâ occasione, Instituti nostri rationem illis exponant, nullumq̄ue officij genus

nus prætermittant, quo illos, cum opportunum fuerit, sincerè ac religiosè demereri & conciliare possint.

18 Si quando Prælatum aliquem in visitandâ diœcesi comitabuntur, nihil se in negotiis ad visitationem spectantibus, aliisve id genus ad iurisdictionem pertinentibus immisceant: sed iis tantùm ministeriis attendant, quæ sunt nostri instituti propria.

Alienis à nostro instituto ne se implicent.
P.4.c.11. §.3.

19 Quamuis optare debent, ut in suâ quisque vocatione proficiat, æquumque est, ut pro suo munere ad eam rem omnes hortentur; nullam tamen reformandi Cleri, aut Monialium, aliorumve Religiosorum curæ partem admittant: sic enim fiet, ut & munus suum sine impedimento exequi, & populum ad vberiorum fructum ex visitatione percipiendum sine offensione disponere possint.

Nullam reformandi Cleri curam admittant.

P.6.c.1. §.5.

20 Cum præter id quod eis fuerit peculiari ratione iniunctum, res aliqua diuini seruitij se obtulerit, in quâ possint sine detrimento suæ Missionis suam operam ponere; opportunitatem, quam Deus ad eam dederit, quantum in eodem conuenire iudicabunt, è manibus elabi non sinent.

Occasiones diuini seruitij non omitant.
P.7.c.1.c.7.

21 Si in locis designatis diutius residendum erit, locumque dederint præcipua negotia (quæ numquam propter alias occasiones, licet bonas, Diuini obsequij posthabebunt) excursiones aliquas facere, si eas cum fructu

Excursiones facere licebit.
P.7.c.1. §.7.

fructu fore iudicabunt, non erit inconueniens.

*Congregatio-
nibus statu-
ta non con-
dent.*

22 Sine facultate Superioris nulli Confraternitati, Congregationiue statuta condent, seu vetus illa sit, seu noua instituenda videatur. De nouâ autem instituendâ, & quæ nullibi sit in vsu, non priùs agent, quàm Superiorem consulant.

*Quomodò
capta con-
stituunt.*

23 Quæ Deo auctore perficient, ea quantum licebit, ita constituant, vt stabilia sint, & diu durare possint. Quod faciliùs obtinebunt, si res conuenienti ordine disponant, earumque bonum progressum iis commendent, quorum exemplo, auctoritate, studio, & diligentia, faciliè conseruari & promoueri possint.

*Quoties, &
ad quem
scribendum.
Can. 28.
Congr. 2.
P. 7. c. 2. §. 2.*

24 Scribent ad eum, quem designauerit ille à quo missi sunt, singulis hebdomadis, vel quoties ipsis fuerit constitutum; & quantum fieri potest, totius successus eum certiolem reddant, quemadmodum personæ & negotia exegerint, vt consilio & aliis auxiliis iuuari possint.

*Propria per-
fectionis sint
memores.
P. 3. c. 1. §. 2. 0.*

25 Cùm propter nullas occupationes intermittendum sit propriæ perfectionis studiù, diligenter animaduertant, ne prætextu procurandæ aliorum salutis, propriæ perfectionis obliuiscantur, ipsamque propriam salutem eâ ratione in discrimen adducant: sed sæpè illud Domini mente reuoluant, *Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, anima verò suæ detri-*

*Matth. 16.
16.*

mentum

mentum patitur & sibi que illud D. Pauli vnusquisque dictum existimet; *Attende tibi, & doctrine, instat in illis: hoc enim faciens, & te ipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.* 1. Timoth. 4. 16.

26 Hanc ob rem caueant, ne consueta in Collegiis ac Domibus orandi, & examinanda conscientiae exercitia imminuant, nisi si quando necessitas, aut in euentu aliquo caritas aliud faciendum postulet. Conuersationem cum saecularibus nimiam non habeant, aut incautam, aut quae saecularem sapiat; sed in omnibus se integritatis & grauitatis exemplum praebant: atque in summâ Regularum Societatis, siue earum quae omnibus communes sunt, siue quae ipsorum officij propriae, quantum locus patitur, obseruationem non praetermittant. P. 7. c. 4. §. 2.

27 Praeter haec, si pro ratione diuersarum regionum, & Misionum qualitate, alia quaedam à Superioribus constituenda videbuntur; ea in peculiaribus instructionibus addita, pari diligentia obseruanda erunt. Instructiones in super obseruanda. P. 7. c. 2. §. 2.

O

R E-

REGVLÆ
 PROCVRATORIS
 GENERALIS.

*Quæ sibi
 seruanda.*

1 **I**N omnium negotiorum tractatione perpetuò memor sit instituti Societatis, quæ Dei omnipotentis gloriam querens, profectui animarum inuigilat. Ipse igitur verbo & exemplo eos omnes ædificet, quibuscum versatur: & in his quæ ad officium suum spectant, fidelitatem, prudentiam, & dexteritatem habere studeat; atque eos sibi beneuolos conferuet, quorum operâ ad negotia peragenda indiget.

P. 9. c. 6. §. 12.

*Negotia ad
 eum perti-
 nentia.*

P. 9. c. 6. §. 12.
 & p. 4. c. 2.
 lit. E.

2 Ad eum pertinent negotia omnia ad expeditiones, lites, & quosuis contractus sibi à Generali commissos ineundos spectantia, quæ ad vniuersæ Societatis Collegia, vel Domos eius, vel etiam ad particulares personas pertinebunt.

*Quibus su-
 perintendet.*

P. 9. c. 6. §. 12.
 lit. H.

3 Superintendat non solùm iis, quæ à Procuratore & Sollicitatore externo curantur, sed etiam fociis, qui illi dabuntur adiutores, quòd ad negotia attinet. Quilicet in iis, quæ ad suum officium non pertinent sub Viceprepositi & Ministri Domus obedientiâ esse de-

de-

debet quoad disciplinam domesticam, eos tamen poterit cum ipsius postulabit officium, & recreationis etiam causam foras mittere. Nam ad alia quavis negotia non ad Procuratorem pertinentia si ipsis exeundum erit, non nisi de P. Vicepraepositi licentiam facient, sicut Socij Secretarij: & si qui Romae fuerint Procuratores Societatis rerum particularium, vel etiam Prouinciarum, ab ipso dirigentur, prout Generali videbitur.

4 Nihil, quod ad expeditiones, lites, aut grauiora negotia pertineat, incipiet agere, nisi a Praeposito Generali per se vel per alium approbatum sit, & ei commissum ut exequatur. Quod si Generalis rem consultatione indigere iudicabit, sollicitus ut mature de ea statuatur, praecipue si res festinatione egere videatur. Si quid autem ex iis, quae statuuntur, ipsi videretur non conuenire, proponat suam sententiam & rationes quibus mouetur.

Qua inconsulto Generali non inhabebit.
P. 9. c. 3. §. 16.

5 Illud vero praecipue ante oculos habeat, ut antequam litem ullam intendat, res controversa (si fieri possit) concordiam aut compositione componatur: si quando tamen ad litem descendendum erit, memor sit ut magna pacem interius exteriusque custodiat, & semper ad iustam concordiam se paratum esse, contrariae parti innotescat.

Ut lites componat.
Can. 26.
Congr. 2.

6 Curet diligenter, ut recte & solide fiant, quae

Ut negotia expediantur.

quæ expedienda, vel aliâ ratione agenda erût. Quòd si periti iuris aut Curiales consulendi sint, maximè idonei eligantur: idem de officialibus, per quos res est transigenda, intelligatur.

*Generalem
de statu ne-
goriorum
admoncat.*

7 Conferat cum Præposito Generali, ei-
quæ reddat rationem eorum quæ facit, & quo
in statu sint negotia; aut illi qui à Præposito de-
signabitur. Quòd si rerum difficultas extraor-
dinarium fauorem aut diligentiam exigere vi-
deatur, eidem significet, & auxilia, quæ oppor-
tuna visa erunt, perat.

*Eos etiam ad
quos perti-
nent.*

8 Rationem quoque reddet status nego-
tiorum, eorumque prosecutionis vel expedi-
tionis, iis, qui de negotiis scribunt: suas verò
litteras legendas dabit illi Assistenti, ad cuius
Prouinciã negotia pertinebunt.

*Libros ha-
beat ratio-
num.*

P. 4. c. 2. §. 5.

9 Rationum libros conficiat, in quibus si-
gillatim omnia quæ recepit, scribantur, & quas
pecunias quibus in rebus expenderit, vt tam
clara & distincta ratio dati & accepti sit, vt ip-
so etiam absente supputari possit, quid singulæ
Prouinciæ, Domus, Collegium, aut particula-
res personæ dederint aut debeant Procurato-
ri, aut quid eis à Procuratore debeatur. Quod
vt commodiùs obseruetur, singulis saltem an-
nis ad Natiuitatis Dominicæ festum rationum
omnium summam colliget, & scribet, atque ad
eos, quorum intererit, mittet. Si quid autem
pecuniæ supererit, eisdem significabit, vt pro
ipsorum arbitrio de eâ disponatur. Porrò ter-
tio

tio quoque anno rationem reddet accepti & expensi ei, quem Præpositus Generalis designarit.

10 Librum habeat, in quo scribat beneficia omnia Ecclesiastica, quæ singularum Prouinciarum Collegiis sunt vnita: & horum etiam catalogum, vbi tempus, in quo fuit facta vnique vnio & valor etiam annotetur: animaduertatque, vt antequàm adueniat dies præscriptus soluendi quindennia, Rectores Collegiorum, ad quæ huiusmodi vniones pertinent, diligenter admoneat, vt opportuno tempore pecunias Romam mittant.

Liber beneficiorum Collegiis unitorum.

11 Curet vt à Prouinciis mittantur pecuniæ, quas contribuere debent ad sumptus necessarios in Procuratores, & cùm opus fuerit, in Aduocatos, latores litterarum, & alios similes faciendos; vtque Romæ sint eo tempore, quo illis sunt soluendæ: eademque diligentiam, quæ sibi deberi ex libro rationum colliget, vt reddantur curabit.

Vnde necessarii sumptus soluantur.
P. 4. c. 2. lit. E.

12 Cùm pecunia Procuratori ad negotia conficienda transmittetur, si tantum litteræ bancariæ, quæ de credito dicuntur, mittantur, nihil capiat, nisi quantum, & quando pro negotio conficiendo opus erit: si verò bancariæ litteræ ad certam aliquam summam quæ iam alibi soluta est, capiendam missæ fuerint, & ea ipsa iam iam ad negotia expedienda erit necessaria, ne tum quidem à mercatore, præsertim

Quando litteræ bancariæ mittende.

locuplete & spectatæ fidei educatur, donec numeranda sit: si verò non tam citò erit necessaria, vel de fide mercatoris non tam certò constaret, primo quoque tempore ab eo acceptâ pecuniâ, eam si alicuius momenti fuerit, reponat in arcâ sub duplici clavi, quarum alteram ipse, & alteram diuersam socius habeat.

*Quas scrip-
turas, &
quando ex
Archiuio
accipiet.*

13 Scripturas, bullas, & breuia authentica, quæ in Archiuio conseruantur, non nisi exigente necessitate accipiet; acceptas verò, quàm primùm commodè poterit, reddat: ceteras autem scripturas, Procuratoria instrumenta, litteras negotia continentes, quamdiu necessaria fuerint; & demum quæcumque ad officium eius pertinent, & quæ nec perpetuò necessaria sunt, nec semper seruanda erunt, ipse custodiat ordinatè & distinctè, facto eorum omnium inuentario; cubiculumque sit clavi obseratum.

*Circa infor-
mationes, &
supplicationes.*

14 Informationes ad se missas in omnibus expeditionibus habeat præ oculis, vt ad eas omnino supplicationes conformentur: deinde animaduertat, vt bullæ & breuia, quæ expediuntur, cum supplicationibus concordent.

Liber negotiorum.

15 In librum referat summam omnium negotiorum, quæ ei commendantur: resque maioris momenti, quæ in eorum progressu peragentur, ibidem breui ac dilucido ordine conscribat.

*Habeat re-
gistra litte-
rarum, &c.*

16 Exempla litterarum, quas ad varias Pro-
uincias

uincias & loca scribit de negotiis, in librum peculiarem referat: & cum memorialia, informationes, supplicationes, vel alia scripta alicuius momenti aliis dabit, exemplum eorum apud se seruet.

17 Regulas Cancellariæ habeat, bullasque & breuia quæ à Summo Pontifice fiunt, emat: in eisque animaduertat, quid noui contineatur. Quod si in Cœnæ Domini Bullâ aliquid adderetur, aut mutaretur, eam statim ad omnes Prouincias transmittat: motus etiam proprios vniuersales, conscio tamen Præposito Generali, Prouincialibus mittet.

*Regulas
Cancellariæ
& bullas
nouas emat.*

18 Cum Præpositus Generalis adire uoluerit creatum nouum Pontificem, ut iuxta Constitutiones Sux Sanctitati Obedientiam, votumque Societatis declaret; redigat illi Procurator in memoriam, ut videat an expediat ab eo impetrare confirmationem gratiarum & priuilegiorum Societatis.

*Quid post
creatum
Pontificem,
&c.
P. 7. c. 1. §. 8.*

19 Subditus sit Superioribus Collegij, præterquam in iis, quæ ad sui officij executionem spectant.

*In quibus
subditus erit
Rectori
Collegij.*

PROCVRATORIS DOMVS PROFESSÆ.

*Qualis esse
debeat.*

I N omnium negotiorum tractatione perpetuò memor sit instituti Societatis, quæ Dei omnipotentis gloriam quærens, profectui animarum inuigilat. Curet igitur ipse verbo & exemplo, præsertim humilitatis & patientiæ, eos omnes ædificare, quibuscum conuersatur, atque eos sibi beneuolos conseruare, quorum operâ ad negotia peragenda indiget; & cùm oportuerit, de instituti nostri ratione illos informet.

*Circa eleemo-
synas
quærendas.
P. 6. c. 2. §. 10.*

2 Quærat diligenter eleemosynas, easque simpliciter, & amore Domini petat, necnon & eas augere ac conseruare studeat, opportuneque eos uisitet, à quibus petendæ erunt.

*Catalogus
facientium
elemosynas.*

3 Habeat catalogum eorum, qui ordinariè & extraordinariè eleemosynas faciunt, & de his certiore faciat Superiorem; ac uideat ne suâ negligentia aliquos prætermittat, quorum beneficio Domus iuuari possit.

*Modus eas
petendi.*

4 Animaduertat, quid, à quibus petere debet, iuxta id quod unusquisque facilius, & commodius suo tempore dare possit: & caueat ne in petendis elemosynis grauis vel
mo-

molestus externis sit; ita ut ad eos, cum oportuerit, gratus semper pateat aditus nostrorum.

5 Habeat socium à Superiore designatum, cuius operâ utatur in his quæ ad suum officium pertinent, præter alium (ubi opuserit) qui in virtute & cõversatione probatus possit eleemosynas ordinarias per domos colligere.

*Officij sociũ
habeat.
P. 6. c. 2.
§. 10.*

6 Procuratoris erit quascumque eleemosynas recipere, & quæcumque afferuntur domum, in libro quodam ad id designato quotidie scribere.

*Eleemosyna
quotidie
scribat.*

7 Videat in quærendis vel admittendis eleemosynis, ne præiudicium fiat puritati nostri instituti, quod attinet ad eius ministeria gratis omnino exercenda.

*Eas non accipiat pro ministeriis Societatis.
In Exa. c. 1.
§. 3. & p. 6. c.
2. §. 6. & 7.*

8 Pecunia vndecumque prouenerit, si alicuius momenti fuerit, iudicio Superioris, in arcâ reponatur ad id designatâ. Huius Prepositus clauem vnâ, & ipse Procurator alteram diuersam custodiat: in eadem liber asseruabitur, in quo scribetur pecuniæ summa, tam eius quæ inferretur, quàm eius quæ effertur. Si quando autem cogente aliquâ necessitate pecunia in arcam non inferretur, nihilominus accepti & expensi summa semel in hebdomadâ in eodem libro scribatur, ac si in eâ reponeretur.

Arca pecuniarum, & liber.

9 Quoties ex arcâ pecuniam accipiet, eius summam & diem in libro suarum rationum adscribat; in alterâ verò parte libri, expensi ratio constet.

Scribat pecuniam ex arcâ acceptam.

*A nouitiis
allata, asser-
uari debent.
In Exa.c.4.
§.4. & p.2.
c.4. §.6.*

*Superiori
rationem
reddet.*

P.4. c.2. §.5.

*Quæ in ar-
chiuio Do-
mus asserua-
bit, & quot
clauæ.*

*Habeat et-
iam authen-
ticâ.*

*Liber In-
strumento-
rum, &c.*

10 Procurator in libro ad hoc designato, quem penes se habere debet, scribat omnia quæ vnusquisque Nouitiorum Domum attulerit, cum eiusdem subscriptione; & ea custodi vestium asseruanda tradat, nisi sit pecunia, quam separatim custodiet in arcâ, vbi pecuniæ domus reponuntur, donec biennio expleto Nouitius consueta vota Societatis emittat.

11 Singulis mensibus dati & accepti rationem Superiori reddet, & debita etiam indicabit, quò ipse Domus statum profus intelligat.

12 Diligenti curâ asseruabit in Archiuio ad hoc designato instrumenta originalia, & titulos quibus constat de iure eorum, quæ Domus ad vsum & propriam habitationem possidet, suis locis reposita, vt faciliè inueniri possint. Archiuij autem duæ clauæ diuersæ erunt, quarum alteram Præpositus, alteram ipse habebit Procurator.

13 Item seorsum habebit hæc eadem instrumenta & titulos manu Notarij publici subscriptos; vt fidem faciant, si aliquando in iudicio præsentari necesse sit.

14 Præter hæc Procurator librum habebit, in quo summa quædam horum instrumentorum & titulorum contineatur. Cùm autem contractus maioris momenti, præsertim rerum perpetuarum fient, redigat in memoriam Præposito ad archiuium, quod est in Vrbe penes Præpositum Generalem, eorum exempla

exempla authentica mittenda esse.

15 Cubiculum clavi obseratum habeat, & asseruabit scripturas, quibus ad Procuratorium munus indigebit; cumque alias ex Archiuo accipiet, earum in libro, qui in eodem Archiuo erit, annotato die, mense, & anno, memoriam relinquet; quas, cum suo tempore restituet ex eodem libro expunget.

*Cubiculum
clavi obseratum
habeat.
Qua scripta
apud se as-
seruabit.*

16 Cum toti domui necessaria providere ipse debeat, iuxta Superioris ordinem, curet ut res omnes, præcipuè diu duraturæ, quàm opportunè emantur; ne aut non perinde bonas, aut non æquo pretio cogatur comparare: caueat etiam ne dum nimium pecuniæ parcat, non bonas, aut insalubres res emat.

*Res bonas, &
opportuno
tempore emi
curet.*

17 Emptori pecunias ad quotidianos sumptus subministrabit, à quo singulis diebus expensarum exiget rationem ex codice; summam verò in librum suum ipse referet.

*Emptori pe-
cunias dabit,
ab eo quoti-
die rationem
exiget.*

18 Videat num ea, quæ empta sunt, illæsa conferuentur; atque animaduertens aliqua, non ut oportet conferuari, aut expendi, Superiorem vel Ministrum admoneat.

*Curabit res
emptas con-
feruari.*

R E.

R E G V L Æ
 P R O C V R A T O R I S
 C O L L E G I I,
 E T
 D O M V S P R O B A T I O N I S.

*Qualis esse
debeat.*

1 **I**N omnium negotiorum tractatione perpetuò memor sit instituti Societatis, quæ Dei omnipotentis gloriam querens, profectui animarum inuigilat. Curet igitur ipse verbo & exemplo eos omnes ædificare, quibuscum conuersatur; atque eos sibi beneuolos conseruare, quorum operâ ad negotia peragenda indiget.

*Res tempo-
rales curet.
P. 3. c. 2. §. 7.*

2 Procuratoris erit conseruare res temporales suæ curæ commissas, & eas curare, tamquàm bona propria Domini Nostri I E S V Christi. Cùm autem toti Collegio necessaria prouidere ipse debeat, iuxta Superioris ordinem, ad eum pertinebit proventus quoscumque Collegij, vel Domus Probationis, & elemosynas, ubi petendas à Rectore intellexerit, exigere ac recipere: syngraphas verò solutionis, quando opus erit, ipse dabit subscriptas à Rectore, aut à se, illius commissione.

3 Om-

3 Omnes Collegij prouentus, & tempora quibus colligendi sunt, in peculiari libro scribet: & seorsum summam contractuum, & locationum, quæ ad breue tempus fiunt; seorsum etiam quascumque res aut pecunias ex fructibus Collegij perceperit, addito à quibus, & quando ea prouenerint: eleemosynæ autem alio in loco scribantur.

4 Singulis mensibus dati & accepti rationem Reçtori reddet; debitaque, & credita Collegij indicabit, quo ipse domus statim prorsus intelligat.

5 Pecunia, vndecumque ea prouenerit, si alicuius momenti fuerit, iudicio Superioris, in arcâ reponetur ad id designatâ. Huius Reçtor clauem vnâ, & ipse Procurator alteram diuersam custodiat: in eadem liber asseruabitur, in quo scribetur pecuniæ summa, tam eius quæ infertur, quàm eius quæ effertur. Si quando autem cogente aliqua necessitate pecunia in arcam non inferretur, nihilominus accepti & expensæ summa in eodem libro statim scribatur, ac si in eâ reponeretur.

6 Quoties ex arcâ pecuniam accipiet, eius summam, & diem in libro suarum rationum adscribat; in aliâ verò parte libri, expensæ ratio constet.

7 Procurator in libro ad hoc designato, quem penes se habere debet, scribat omnia quæ vnusquisque Nouitiorum domum attulerit

Quæ in libro scribat.

Rationem Reçtori reddat.

P. 4. c. 2. §. 5.

Arca pecuniarum, & earum liber, & quot claues.

Ex eâ acceptam pecuniam notet.

A Nouitiis allata curet seruari.

In ex. c. 4. §. 4. & p. 1. c. 4. §. 6.

lerit cum eiusdem subscriptione, & ea custodi vestium asseruanda tradet; nisi sit pecunia, quam separatim custodiet in arcâ, vbi pecuniæ Collegij reponuntur, donec biennio expleto Nouitius consueta vota Societatis emittat.

Emptori pecunias dabit, & quotidie rationem exiget.

8 Emptori pecunias ad quotidianos sumptus subministrabit, à quo singulis diebus pensarum exiget rationem ex codice; summam verò in librum suum ipse referet.

Res bonas & quàm opportunè emi curabit.

9 Curet, vt res omnes, præcipuè diu duraturâ, quàm opportunè emantur, ne has non perinde bonas, aut non æquo pretio cogatur comparare: caueat etiã ne dum nimium pecuniæ parcat, non bonas, aut insalubres res emat.

Curabit res emptas conseruari.

10 Videat num ea, quæ empta sunt, illæsa conseruentur; atque animaduertens aliqua non vt oportet conseruari, aut expendi, Superiorem vel Ministrum admoneat.

Quæ reparanda, quæ vendenda.

11 Aduerrat, num ea quæ à Collegio possidentur, reparatione indigeant, seu domus, seu prædia, seu quiduis aliud, vt ad Superiorem referat: si quid autem vendendum videretur, eodem inconsulto ne faciat.

*Sæculares negotiationes vitet.
Can. 27.
Cong. 2.*

12 Omnia, quæ speciem habent sæcularis negotiationis, in colendis videlicet agris, vendendis in foro fructibus, & similibus, intelligat prohibita esse nostris.

Locationes, & similia

13 Nihil, quod ad locationes, contractus, aut

aut debita contrahenda, aut alia alicuius momenti negotia pertineat, faciat, nisi ipsi à Superiore commissum sit: si quid autem ex iis quæ iubentur, ipsi videretur non expedire, eisdem proponat modestè suam sententiam & rationes, quibus moueatur.

*inconsulto
Superiore
non faciet.*

14 Excipiet in codicem lites, si quæ fortè erunt; & quæ grauioris momèti circa eas fient, continenter & summam annotabit.

Circa lites.

15 In tribunalibus Iudicum non compareat, nisi quando aliqua necessitas plurimum vrgere Superiori videretur; sed per externos Procuratores nostra negotia in publicis iudiciis peragantur.

Publica iudicia & tribunalia.

16 Illud verò præcipuè ante oculos habeat, vt antequàm litem vllam intendat, res controuersa (si fieri possit) concordia aut compromissione, consulto Superiore, componatur: si quando tamen ad litem descendendum erit, memor sit, vt magnam pacem interius exteriusque custodiat, & semper adiutam concordiam ipsum paratum esse, contraria parti innotescat.

Lites componenda.

17 Curet diligenter, vt rectè & solidè fiant, quæ expedienda erunt. Quòd si periti iuris consulendi sint, maximè idoneos eligat. Idem de ceteris officialibus dictū intelligatur.

Solidè negotia expediuntur.

18 Conferat cum Superiore, eique reddat rationem eorum, quæ facit, & quo in statu sint negotia, aut ei quem ille designabit:

Cum Superiore negotia conferat.

bit: quòd si rerum difficultas extraordinarium fauorem aut diligentiam exigere videatur, eisdem significet, vt auxilia, quæ opportuna visa erunt, petantur.

Quæ in Archiuo asseruabit, & quot clauēs. 19 Diligenti curâ asseruabit in Archiuo ad hoc designato instrumenta originalia & titulos, quibus constat de iure eorum, quæ à Collegio possidentur, suis locis reposita, vt faciliè inueniri possint. Archiuuij autem duæ clauēs diuersæ erunt, quarum alteram Rector, alteram ipse habebit Procurator.

Habeat etiã authentica. 20 Scorsum habeat hæc eadem instrumenta, & titulos manu Notarij publici subscriptos, vt fidem faciant, si aliquando in iudicio præsentari necesse sit.

Librum habeat instrumentorum. 21 Præter hæc Procurator librum habebit, in quo summa quædam horum instrumentorum & titulorum contineatur: cùm autem contractus maioris momenti, præsertim rerum perpetuarum fient, redigat in memoriam Rectori, ad Archiuuium, quod est in Vrbe penes Præpositum Generalem, eorum exempla authentica mittenda esse.

Cubiculum clauis obseratum, & scripta necessaria apud se habebit. 22 Cubiculum clauis obseratum habeat, & asseruabit scripturas, quibus ad Procuratorium munus indigebit: cumque aliquas ex Archiuo accipiet, earum in libro qui in eodem Archiuo erit, notato die, mense, & anno, memoriam relinquet; quas cùm suo tempore restituet, ex eodem libro expunget.

23 In

23 In libellum referet quæcumque à Superiore ipsi facienda iniungentur, ne memoriâ excidant, & effectu frustrentur. Qua in libello notabit.

24 Intelligat, qui sint illi potissimum, qui beneficia magni momenti in Collegium contulerunt, & eorum catalogum habeat, & Superiorem certiosem faciat; vt iuxta modum professionis nostræ, grati in illos esse possimus. Circa benefactores.

R E G V L Æ

P R Æ F E C T I

L E C T O R V M

A D M E N S A M.

I C V R E T, vt idonei in lectores mensæ à Superiore destinentur, & eos instruat, vt altâ, clarâ, & distinctâ voce legant. Idoneos lectores cures, & instruat.

2 Det operam, vt lector prævideat diligenter lectionem, vt benè & emendatè proferat, & in dubiis ad se recurrat. Prævidere faciat lectionem.

3 Admoneat lectorem: & si quid perperam pronuntiauerit, correctus reperat, & emendatè iterum proferat. Eos in mensâ corrigat.

4 Habeat à Superiore assignatos sibi socios, vt in neutrà mensâ desit, qui lectorem corrigat; eosque iuxta has Regulas instruat. Socios habeat.

P

5 Ini-

*Quæ, & quo
ordine legi
debeant.*

5 Initio lectionis in primâ, atque etiam (nisi nostrorum paucitas aliud suaserit) in secundâ mensâ in prandio & cœnâ legatur caput de Scripturâ sacrâ noui vel veteris Testamenti, cui succedat semper aliquis liber pius ac facilius iuxta indicem inferiùs præscriptum: & habeatur peculiaris ratio Coadiutorum, ut pro arbitrio Superiorum aliquid vernaculâ linguâ ad illorum etiam consolationem legatur.

*Quid in festis
celebrioribus.*

6 In celebrioribus festis legatur aliquid omisso capitulo Scripturæ, ex Patrum homiliis & tractatibus, quod ad historiam & celebritatem festi pertineat. Et à Dominicâ in Passione usque ad Pascha, post lectionem Scripturæ de Passione Domini, tractatus aliquot de eadem legantur.

Littera annua.

7 Cùm afferuntur litteræ annuæ, & Indicæ, quàm primùm legantur.

Regula.

8 Initio cuiusque mensis Summarium Constitutionum, Regula Communes, & Epistola B. P. N. I G N A T I I de Obedientiâ legantur.

Martyrologium.

9 Vesperi absolutâ lectione, seu prædicatione, legatur Martyrologium vulgare sequentis diei: quo verò die fit abstinentia caput aliquod ex libro de Imitatione Christi, cum Martyrologio: cùm verò ieiunatur, nihil legatur vesperi, sed Martyrologium legatur ad prandium.

L. I.

L I B R I
D I V I N Æ
S C R I P T V R Æ,
qui in Refectorio legentur.

Ex nouo Testamento, omnia integrè legentur. *Libri legendi
ex Scripturâ.*
Ex veteri, Pentateuchus, præter Leuiticum.
Historiales omnes, & Sapientiales, præter
Cantica.
Prophetales, præter capita aliquot obscu-
riora.

L I B R I,
Qui post lectionem Scripturæ
legi possunt.

Historia Ecclesiastica Eusebij Cæsariensis. *Ex auctori-
bus.*
Historia Ecclesiastica Nicephori Callisti.
D. Gregorij Dialogi.
Historia Ecclesiastica Bedæ.
Vitæ Sanctorum Aloysij Lipomani.
Vitæ Sanctorum Suriij.
Seuerus Sulpitius de B. Martino.
Gregorius Turonensis de gloriâ Confessorû.
Selectæ Epistolæ D. Hieronymi.
Chrysofomus de Orando Deum, de Proui-
dentiâ, & de Sacerdotio.
Ambrosius de Fugâ sæculi, de Bono mortis.

228 *Regula Præfæcti Lectorum ad mensam.*

Augustini Sermones, Meditationes, Confessiones, & alia eiusdem opuscula, & tractatus.

D. Bernardi de Interiori domo, & aliquot sermones & tractatus.

Homiliæ Patrum selectæ.

D. Bonaventuræ stimulus Diuini amoris.

Thomas de Kempis de Imitatione Christi, & aliquot ex eiusdem auctoris opusculis.

Catechismus Romanus.

Litteræ Indicæ.

*Quinam alij
legendi.*

10 Præter hos libros poterunt quidem alij legi tum vulgares, tum Latini, sed examinati & approbati à Prouinciali: atque illi esse debent, qui & pietatem promoueant, & vocationis propriæ propositum confirmare possint.

*Cum Superiore
conferendum.*

11 De singulis libris suo tempore prælegendis in mensa iuxta indicem præscriptum, prius conferet cum Superiore, vt ille constituat, quid legendum sit.

*Catalogus
Concionatorum
in Refectorio.*

12 Catalogum à Superiore habeat eorum, qui in Refectorio commodè concionari poterunt, ex quibus Superior ipse eligat, qui statis diebus concionentur, & eos præscripto tempore admonebit, quâ de re sint concionaturi.

R E-

R E G V L Æ

P R Æ F E C T I
S A N I T A T I S.

1 P R Æ F E C T I sanitatis munus, erit superintendere iis, quæ ad corporis bonam valetudinem pertinent, conseruandam in sanis (in iis præsertim, qui ex ætate aut aliis de causis sunt debiliores) tum restituendam in ægrotantibus.

Quod eius munus.
P. 3. c. 2. §. 6.

2 Præsit Infirmario, & ceteris quibus cura ægrotorum commissa erit; detque operam, ne desit Medicus, adsitque eo veniente, præsertim vbi morbi qualitas id postulauerit: & quidquid ab eo præscriptum fuerit, studeat, vt executioni mandetur. Et vbi videret ægrotorum cubicula salubria non esse, ad Superiorem referat.

Infirmario præsit.
P. 3. c. 2. lit. H.

3 Obseruet, num quis ex nimia fatigatione corporis aut spiritus, plus æquo laboret, vel alia de causâ morbi periculo se exponat, & Superiori significet.

Circa nimios labores.

4 Si in cibis, aère, frigore, aut alia quapiam in re aliquid probabili ratione animaduertat, quod cõmuni omnium, vel alicuius saluti profuisse, vel obesse possit, Superiorem admoneat.

Superiorem admoneat de his quæ saluti profunt.
&c.

*Infirmarij
regulas ha-
beat, & ob-
seruari fa-
ciat.*

5 Curet vt Infirmarius Regulas suas ob-
seruet, quas apud se etiam habebit.

R E G V L Æ

P R Æ F E C T I

BIBLIOTHECÆ.

*Index libro-
rum prohi-
bitorum.*

I **I**NDICEM librorum prohibitorum in
Bibliothecâ habeat, & videat ne fortè vl-
lus sit inter eos ex prohibitis, aut aliis, quorum
vſus communis eſſe non debet.

*Bibliothecâ
claudat, &
quibus claue
dabit, &c.
P.4.c.6. §.7.
Libri quo-
modo diſpo-
nendi.*

2 Bibliotheca clauſa ſit; cuius claues ipſe
habeat & illis tradat, qui eas, iuxta Superioris
iudicium, habere debebunt.

3 Libri omnes eo ordine in Bibliothecâ
collocentur, vt ſingulis facultatibus ſuis certus
ſit locus proprio titulo inſcriptus.

*Exteriùs in-
ſcribantur
tituli.*

*De eorum
conſiciendis
Catalogis.*

4 Singuli libri titulis exteriùs inſcribantur,
vt facilè cognofci poſſint.

5 Omnium librorum, qui domi ſunt, cata-
logum habeat, diuerſarum facultatum aucto-
ribus ordine alphabetico in diuerſas claſſes di-
ſtributis.

*Catalogus
librorum in
uſum no-
ſtrorum; vt
ex Bibliothecâ
extrahen-
di.*

6 In alio catalogo diuiſis etiam per claſſes
facultatibus, ij libri ſcribantur, qui in noſtro-
rum vſum extra Bibliothecam conceſſi ſunt:
qui verò intra dies octo reſtituendi extrahun-
tur,

tur, in tabulâ in hunc vsum parieti appensâ no-
tentur; quibus redditis, quod fuerat scriptum
deleatur.

7 Nullum librum ex Bibliothecâ cuiquam *Ex Biblio-*
dabit sine Superioris licentiâ speciali aut *thecâ nulli*
generalî: & aduertat, ne quis librum, etiam cum *librum in-*
licentiâ, se infcio accipiat. *ficio Super-*
riore dabit.

8 Curet vt Bibliotheca valdè munda & *Bibliotheca*
composita fit, quam in hebdomadâ bis ver- *mundanda.*
ret, & semel ex libris puluerem excutiet: caue-
re etiam debet, ne libri humiditate aut aliâ re
lædantur.

9 Quando intellexerit domi deesse ali- *Novos emen-*
quos libros necessarios, aut aliquos valdè vti- *dos, & multi-*
les in lucem editos esse, certiore faciat Super- *les venden-*
riorem, vt si illi visum fuerit emantur: si verò *dos curet.*
domi libri inutiles fuerint, eundem admo-
neat, an cum aliis melioribus commutandi
sint.

10 In loco publico, præsertim in magnis *I. libri com-*
Collegiis sint quidam communiore libri, *munes.*
quibus vnusquisque pro ratione suorum stu-
diorum, vti possit.

11 Habeat librum, in quo ea omnia iudicio *Quæ in li-*
Superioris selecta diligenter scribantur, quæ *bro scriben-*
in suo Collegio publicè exhibentur, vt Com- *da.*
mœdiæ, Dialogi, Orationes, & id genus alia.
Conclusiones verò singulorum annorum,
quæ publicè defendentur, simul consutas in
Bibliothecâ asseruet.

*Libri extra
domum
commodati.*

12 Si aliqui libri extra domum accommodatò darentur, adhibeat diligentiam, vt recuperentur suo tempore; & in aliquo interim libro notabit, quàm illi libri sint, & quibus eos accommodauerit.

R E G V L Æ

SCHOLASTICORVM
SOCIETATIS.

*Recta inten-
tio.*

I **A**NIMI puritatem custodire, & rectam in studiis intentionem habere Scholastici nostri conentur; nihil aliud in his, quàm Diuinam gloriam, & animarum fructum querentes; ad hunc enim scopum studia Societatis diriguntur; & in suis orationibus gratiam, vt in doctrinâ proficiant, crebrò petant.

Diligentia.

2 Serio & constanter ad studia animum adiiciant: vtque cauendum sibi putent, ne feruore studiorum intepescat solidarum virtutum ac religiose vitæ amor, ita sibi vicissim persuadeant, nihil gratius se Deo facturos in Collegiis, quàm si cum eâ intentione, de quâ dictum est, studiis se diligenter impendant: & licet numquàm ad exercenda ea, quæ didicerint, perueniant; illum tamen studendi laborem ex obedientiâ & caritate, vt par est, susceptum,

ceptum, opus esse magni meriti in conspectu
 Diuinæ & summæ Maiestatis apud se statuant.

3 Iis facultatibus singuli operam dabunt, eosque audient Præceptores, quos Superior assignabit. *Indifferentia quoad facultates.*

4 Scholastici in audiendis lectionibus sint assidui, & in eis prævidendis diligentes, & postquam eas audierint, repetendis: in quibus repetitionibus si quid erit, de quo ipsi dubitent, Magistrum adeant. *Assiduitas.*

5 Ex lectionibus quæ adnotari dignæ erunt, in scripta referent, & postea maiori cum ordine digesta, transferant in libros papyraceos, quæ in posterum conseruata velint. *Adnotanda.*

6 Inter sint Scholastici communibus Scholarum, etiam externarum, ad quas accedunt, disputationibus; & doctrinæ specimen pariter ac modestiæ præbere curent. *Disputationes publicæ.*

7 Quotidianis disputationibus ac repetitionibus omnes intersint; & qui disputant, ei qui præst, religiosè obediant. *Quotidianæ repetitiones.*

8 Cùm ad publicas scholas eundum erit, eant & redeant inuicem associati cum eâ modestiâ interiori & exteriori, quæ ad sui & aliorum ædificationem conueniat. *Modestia eundo ad scholas.*

9 Eorum colloquia, qui cum Scholasticis externis loquendi facultatem habuerint, sint solum de rebus ad litteras, vel ad profectum spiritus pertinentibus, prout ad maiorem Dei gloriam omnibus vtilius fore iudicabitur. *Colloquia cum externis.*

*Latinalin-
gua.*

10 Omnes quidem, sed præcipuè humaniorum litterarum studiosi, Latinè loquantur: & memoriæ quod à suis Magistris præscriptum fuerit, commendent: ac stylum in compositionibus diligenter exerceant.

*Memoria
& styli exer-
citatio.*

*Interruptio
studiorum.*

11 Ultra duas horas nemo, aut legendo aut scribendo, labori incumbat, quin studium intermittat aliquantulo temporis interuallo.

*Temporis di-
uisio.*

Præscriptam verò à Præfecto diuisionem temporis seruent diligenter vniuersi, nec aliis quàm ab eo sibi traditis vtantur libris.

*Triuata
scriptorum
relectio.*

12 Horis priuato studio attributis, qui superioribus facultatibus vacant, domi relegant quæ scripserint in scholis, ea que curent intelligere, & intellecta sic examinent, vt ipsi sibi obiiciant, & quæ obiecerint soluant: quæ nequeunt, annotent ad interrogandum vel disputandum.

*Quando ad-
eundi Magi-
stri.*

*Ex Instruct.
6. pro Schol.
Dec. 9; §. 18.
Cong. 7.*

13 Si Magistros studiorum causâ conuenire debent, horam certam à Superiore destinatam habeant; extra quam illorum cubicula sine peculiari facultate non adeant.

R E-

R E G V L Æ

S V B M I N I S T R I .

1 S V B M I N I S T E R est instrumentum ^{Instrumentū Superiorum.} Ministri & aliorum Superiorum, ad res particulares obeundas & executioni mandandas.

2 Nihil ordinat, sed tantum est executor ^{Eorumdem executor.} & exactor actionum domesticarum, iuxta modum & ordinem sibi à Superioribus præscriptum.

3 Est eius præcipua cura, ut omnia, quæ at- ^{Eius cura.} tinent ad Culinam, Refectorium, Penum, Cellam vinariam, & aquariam benè, & ordine & tempore suo parata sint & ministrentur; videatque ut cubicula sint decenter composita, quæ alternis saltem diebus visitabit.

4 Curet ne nostri per Domum vel Colle- ^{Curet ne nostri intempestivè loquantur.} gium vagentur, vel intempestivè colloquantur; ac denique ut unusquisque in suo officio versetur & contineatur.

5 Referet de omnibus rebus quotidie ad ^{Quotidie de omnibus referet.} Ministrum, ad Præpositum verò vel Rectorem, quoties eis visum fuerit.

6 Nullam iniunget pœnitentiam, sed de ^{Pœnitentiæ non iniunget.} defectibus domesticis admoneat Ministrum, vel alium Superiorem: poterit tamen impositas pœnitentias nomine alicuius Superioris aliis denunciare.

7 Erit

*Erit Superior
non Sacer-
dotum.*

7 Erit Superior nostrorum, qui Sacerdotes non sunt: Sacerdotibus tamen aliquid iniungere poterit nomine alicuius Superioris.

R E G V L Æ

*Ex deputat.
pro Coad-
iut.*

C O A D I V T O R V M

T E M P O R A L I V M .

*Qualis eorum
finis.
In Exam.
c. 6. 6. 7.*

I N T E L L I G A N T omnes primariam ipsorum intentionem ad inseruendum Diuinæ Maiestati in Societate esse debere; non solum, vt diligentiam omnem in spiritualia Exercitia, orationem, ac deuotionem statis temporibus impendant; sed etiam se exercent in domesticis suæ vocationis ministeriis, quantumuis humilibus & abiectis, cuiuscumque generis illa sint, parati ad vitam omnem in eis exigendam: sibi persuadendo se in eâ re obsequium & laudem præstare suo Creatori ac Domino, ob cuius amorem reuerentiamque in iis elaborant.

*Quæ eorum
dem cura.
P. I. c. 2. §. 2.*

2 Præcipua illorum cura sit, conscientia puritas, serioque in earum virtutum studia incumbant, quæ hunc Societatis gradum in primis ornant atque perficiunt, ac sine quibus statui suæ vocationis pro dignitate respondere nullo modo possent: cuiusmodi sunt deuotio,
ani-

animæ quies, tractabilitas, amor virtutis, desiderium perfectionis; vt domesticis & externis ædificationi sint, vt sorte Marthæ contenti, actiuâ se vitâ exerceant; peculiari amore Institutum Societatis prosequentes, cuius vtilia membra ad Domini gloriam esse contendant.

3 In quotidianâ recreatione cum iis potissimum versentur, à quibus commodè in rebus spiritualibus iuari possint: neque coëant inter se soli, aut à communi recreationis loco seorsim secedant.

Recreatio, & locus recreationis.

4 Postquàm sui officij ministeriis satisfecerint, si quid vacui temporis superfuerit, id totum in alia exercitia spiritualia aut corporalia impendant: eiusque rei causâ Superiorem adibunt, vt quæ de eâ re sit eius voluntas, ex ipso cognoscant.

Oris fuga.

5 In comitandis Nostris, cùm præsertim mulieres inuisunt, non solùm illud diligenter seruare debebunt, quod Sacerdotibus eorum regulis præscribitur (vt cùm ad confessiones feminarum audiendas mittuntur, vel aliâ de causâ eas adeunt, socius iis à Superiore datus, quamdiu Sacerdos cum feminis loquetur, eo in loco sit, vnde eos videre possit, quantum loci natura patietur, non tamen ea, quæ secreta esse oportet, audire) sed etiam cùm viros cuiuscumque conditionis aut ordinis adibunt, dabunt operam, vt nullo tempore eum solum relinquunt; tum ob religiosam decentiam, tum

Quos comitantur, solene deserant. Reg. 18. Sacerd.

ob

ob communem ædificationem; nisi fortè qui iniunguntur tantæ auctoritatis sint, vt ob vrbauitatem, aut negotiorum naturã ratio suadeat, non esse Sacerdotis, aut cuiusuis è Nostriſ ſocium ad eam tractationem admittendum.

*Superiorem
moneant.*

Illud prætereà nouerint, debere ſe, cum domum redierint, vltro Superiorem admonere, etiamſi ab ipſo non rogentur, ſi quid in eo genere contra hanc regulam commiſſum ſit.

*Obſeruan-
tia, erga Sa-
cerdotes præ-
ſertim.
Reg. Summ.
29.*

6 Meminerint non ſolum ex Regulâ omnes in animo tamquam ſibi Superiores ducendos exiſtimare, & exteriùs honorem ac reuerentiam, quam exigit cuiuſque ſtatus, cum ſimplicitate & moderatione religioſâ exhibere; ſed etiam peculiari ſtudio curent erga omnes illos è noſtris, qui Coadiutores non ſunt, exteriori obſeruantia & modo conuerſandi, eum quem debent reſpectum, humilitatem-que præ ſe ferre; idque multò etiam magis erga Sacerdotalem Ordinem.

*De pauper-
tate.*

7 Quod ad paupertatem attinet, etſi reſ eſt omnibus communis, tamè ob multas, quas habent, occaſiones variarum adminiſtrationum, caueant diligenter, ne quid ſibi capiant, aliis dent, commodent, mittant, aut quidquam faciant in hoc genere abſque expreſſâ licentiâ Superioris: præſertim reliquiaria, cruces, Agnus Dei, lapides Bezuarios, & id genus alia; ſibi que perſuadeant, poſſe in iis rebus grauiter contra votum peccari.

8 Cùm

8 Cùm ad ipsorum spiritualem instructionem sit hebdomadis singulis Christiana doctrina explicanda, prout Superior præscripserit, omnes conuentui intererunt, & ex eâ re fructum percipere conentur.

9 Et quamquàm, vt est in regulis communibus, datâ commodâ occasione enitentur piis colloquiis proximum ad meliora promouere, & consilio atque exhortatione ad bona opera, præsertim ad confessionem excitare; videbunt tamen ne limites sibi à regulâ præscriptos excedant, in quâ illud est, *pro ratione sui gradus*, ne quid in eo peccent.

*Ne cum
proximis
agendo limites
excedant.
Reg. 24.
com.*

10 Librum nullum neque retinere, neque legere, cuiuscumque generis, iis licebit, sine Superioris licentiâ; cuius erit iudicium eos illis assignare, qui magis ad ipsorum spiritualem fructum expedire videbuntur.

*Quinam libri
concedendi.*

11 Meminerint demùm quod B. P. N. IGNATIVS scriptum reliquit, quemadmodum proprium est Sacerdotum & Operatorum spiritualium, Societatem in confessionibus audiendis, in exhortationibus, in Doctrinâ Christianâ, aliisque litteris edocendis iuuare; ita proprium illorum esse, in ministeriis omnibus inferioribus & humilioribus, quæ illis iniungentur, exerceri: sibi persuadentes, quòd Societatem in iis rebus iuuando (quòd possit ipsa expeditiùs animarum saluti vacare) eidem

*Eorum ministeria.
Exa. c. 6. §. 3.*

om-

omnium Domino seruiant, siquidem propter diuinum ipsius amorem & reuerentiam id faciunt. Ideò prompti esse debebunt cum omni humilitate & charitate, quoad eius fieri poterit, ad ea officia, quæ eis credita fuerint, exactè obeunda. Quò fiet, vt non solùm mercedem integram laborum sudorumque suorum consequantur, sed vnà etiam participes efficiantur omnium bonorum operum, quæ Deus per vniuersam Societatem ad obsequium & laudem suam operari dignabitur: quemadmodùm & omnium Indulgentiarum & gratiarum, quæ Professis ad suarum animarum bonum benignè à Sede Apostolicà concessæ fuerint.

R E G V L Æ

Æ D I T V I.

Præfesto obediet. I **P**RÆFESTO Ecclesiæ obediat in omnibus quæ ad templi ministerium pertinent.

Modestiam seruet. 2 Seruet modestiam in incessu, vultu, sermoneque, tam in templo, quàm in sacristiâ: iis verò, qui aliquid exigunt, satisfacere cum ædificatione studeat per se, vel ad Præfestum recurrendo, aut ipsos ad eum remittendo. Si quando verò necesse erit cū mulieribus loqui, id oculis demissis, & quàm breuissimè faciat.

3 Dum

3 Dum Sacris inseruit, attentus ad suum ministerium cum deuotione & ædificatione sit. Nec ante eum qui celebrat, aut ad latus ex æquo, sed aliquanto posteriùs maneat: utatur verò tono, qui congruat cum eo, quo Sacerdos utitur: omnia rectè proferat, nec celeriter nimium, nec nimis lentè. Denique in iis sit benè instructus; & ceteros, qui Sacerdotibus ministrabunt, eadem doceat.

*Quomodo
Sacris inser-
uiet.*

4 Curet ut vestimenta, quæ Sacrum facturus induitur, sint rectè aptata, ipsumque circumquaque intueatur, antequàm è sacristiâ exeat.

*Vestimenta
Sacerdotis
componet.*

5 Diligenter det operam, ut Sacerdotes, qui Sacrum facere volunt, quamprimùm ministros habeant, iuxta ordinem sibi à Superiore præscriptum: & quotidie vnumquemque eorum, qui ordine in summo Altari Missas dicturi sunt, opportuno tempore admoneat.

*Ministros
Missarum
habeat.*

6 Tot habeat appensa sudariola in sacristiâ, quot fuerint Domi Sacerdotes, in scriptis singulorum nominibus, & addito vno vel pluribus pro extraordinariis.

*Sudariola
pro singulis
apponet.*

7 Dum Sacra fiunt, accendat, ut minimum, candelas duas: & cum sanctissimum Sacramentum eleuatur, facem, aut cereum; quo tempore etiam tintinnabulum pulset: accendet etiam facem, cum aliis sanctissimum Sacramentum ministrabitur, ipseque confessionem generalem eorum vice recitabit.

*Quot candelas
accendet.*

Q

8 Cu-

*Vinum, &
aqua.*

8 Curet, vt vinum, quod in Sacrificium paratur, sit bonum & merum ac mundum, eo-que ipso die hauustum: similiter & aqua, & ampullæ sint munda & decenter cooperta.

Hosia.

9 Hostias faciat, quàm fieri poterit, pulchras, eo numero, vt & Missis & communionibus sufficiant.

*Campanam
quando pul-
sabit in no-
strâ ecclesiâ.*

10 Ante Missas, conciones, ac lectiones, pulset campanam, prout sibi præscriptum erit: det etiam signum salutationis B. M A R I Æ in aurorâ, in meridie, & vesperi: det etiam signû, cùm primùm quis ex nostris vitâ functus fuerit; vt omnes, pro cuiusque deuotione illius animam Deo commendent.

*Quando in
aliis pulsa-
tur.*

11 Si quando propter vniuersalem aliquam causam in reliquis ecclesiis campanæ pullentur, ipse etiam iuxta Superioris præscriptum, pulsabit.

*Scamna
componat in
templo.
Lumen ante
Sacramentû
numquam
desit.*

12 Prædie quàm sit habenda concio, disponat scamna in templo, iuxta solitum morem.

13 Det operam, vt nullo modo lumen desit ante sanctissimum Sacramentum, neque interdum neque noctu.

*Sacerdotes
vi vocandi.*

14 Exiis Sacerdotibus, quos habet à Superiore designatos, vocet diligenter ad templû, qui nominatim petuntur ad confessiones audiendas: quod si nominatim non petuntur, eos iuxta ordinem sibi præscriptum accersat, & quantum in ipso est, det operam vt omnibus, qui confiteri volunt, satisfiat.

15 Si

15 Si qui Missas aut orationes petant, ad Præfectum recurrat, vel ad eum illos remittat.

*Quando
Missa petuntur.*

16 Si quis aliquid quæreret, in quo ei à latinitate melius satisfaceret, eum ad portam domus remittat; & eos etiam qui per portam, quâ à templo in domum patet aditus, ingredi vellent; nisi viri essent eiusmodi, ut eorum peculiaris esset habenda ratio, prout à Superiore fuerit instructus: numquam autem porta ea aperta relinquatur.

Quos ad latinitorem remittet.

17 Curet ut numquam illic aqua desit, ubi lauantur manus, & sint lintea conuenienter munda pro Sacerdotibus, ad manus solas ante & post Sacrum extergendas.

Lintea, & aqua ad manus non desint.

18 Prouideat, ut aqua benedicta in pilâ non desit.

Aqua benedicta.

19 Si quando eleemosynæ, Missarum vel Confessionum gratiâ, offeruntur, eas non admittat. Si quid tamen alioqui in Altaribus, aut aliis templi locis repererit, aut in usum templi oblatum fuerit, id Præfecto tradet.

Eleemosynas non admittat.

In ex. c. 1. §. 3. & p. 6. c. 2. §. 7.

20 Templi portas manè, sed non ante auroram aperiat; easdemque vesperi circa solis occasum diligenter obseret: quod etiam faciet circa meridiem, nisi Superior in casu aliquo seculus faciendum iudicaret: & quotidie noctu clauis ecclesiæ ad Superiorem deferat.

Porta templi quando aperienda, & quando claudenda.

21 Quamdiu templum erit apertum, diligenter curet, ne vniquam sine custode relinquatur; sed semper aut ipse aut alius in

Templi custodia.

eo sit, vel in sacristiâ, ita vt & videre templum & custodire possit.

Ne fiant in eo strepitus. 22 Aduertat ne quis in templo deambulet, néve strepitus in eo audiatur: eos verò, qui loquentur altiùs, modestè, vt decet, admonebit.

Altaria, & reliqua mundabit. 23 Det operam diligenter, vt Altaria sint munda, & benè præparata, & pro ratione temporum ornata, atque vt vasa sacra, ornamenta, & cetera omnia, quæ ad diuinum cultum pertinent, in suis locis aptè & decenter reponantur & conferuentur.

Quoties templum mundabit. 24 Videat vt templum sit mundum, & bis singulis hebdomadis, ac sæpius, si necesse sit, præsertim in festorum solemnium vigiliis, scopis mundetur. Canes etiam ex templo abigat.

R E G V L Æ

I N F I R M A R I I.

Curet infirmos. P. 3. c. 2. lit. G. I **C**VRAM habeat infirmorum, quorum ægritudo simul atque ei indicata fuerit, si censeret rem esse alicuius momenti, Præfectum & Superiorem admoneat.

Quando plures medici vocandi. P. 3. c. 2. lit. G. 2 Cùm quis in morbum incidit, à Superiore intelligat, num statim Medicus vocandus sit; qui vnus ordinariè esse debet, nisi ingrauescente morbo, aut in quibusdam aliis casibus, alio

alio Medico opus esse Superior iudicauerit: & quoties Medicus ægrotos inuifet, adfit ipfe.

3 Studeat, vt quæ ægrotanti danda sunt, & De vitæ,
opportunè emantur, & bona sint, & benè præ- & c. ægrotorum.
parata ministrentur.

4 Curet vt ægrotorum cubicula sint val- De cubicu-
dè munda; lecti concinnè sternantur, & ra- lis, & lectis.
musculis & huiusmodi aliis decumbentes ob-
lectet.

5 Ægrotum consolari & exhilarare stu- Ægrotos
deat, non solùm rebus à medico probatis, sed confoletur.
verbis etiam spiritualibus & lætis: habeat et-
iam libros, quorum lectione ægroti recreari &
iuuari in spiritu possint.

6 Intelligat à Superiore, quos ex nostris Quos voca-
ad ægrotos inuifendos ac recreandos accerfe- bit ad eos in-
re debeat: caueat autem, ne dum infirmis pla- uifendos.
cere studet, aliquid fiat quod eis nocere vllâ
ratione possit.

7 Medicinalia & cuncta quæ ægrotantium Medicinalia
vsui necessaria sunt, habere ipse debet, nisi penes se ha-
Pharmacopola Domi sit, & in loco conue- bebant.
nienti ea custodire, & sæpius reuifere, vt incor-
rupta conferuentur; & quando opus fuerit, vt
de nouo suo tempore conficiantur, curare iux-
ta ordinem Superioris.

8 Nihil omnino eorum, quæ à Medico A Medico
præscribentur, prætermittat aut mutet: ordi- præscrip-
nem etiam obseruet temporum præfixorum, ritè seruet.
quibus prandium, cœnam, syrupum, cetera- P. 3. c. 2. lit.
G.

que medicamenta det, omnia scripto excipiens, quæ Medicus præscripserit.

Dies ægrotationis, & hora febris.

9 Aduertat quo die quis cœperit ægrotare, & quâ horâ febres ægrotum & corripiant & deserant; tum vt Medicum & Superiorem admoneat, tum vt cibum tempestiuè præbeat.

Si sit contagio.

10 Si morbus sit contagiosus, suppellex separari debet, ne cuiquam noceat.

Quando è lecto surgendum.

11 Conualescentes è lecto surgere non permittat, priusquàm id medicus concesserit; & operam det, vt ea conualescentibus præbeantur, quæ medicus præscripserit, quoad Superiori satis visum fuerit.

Patientia & caritas erga ægros.

12 Patienter & cum caritate cùm ipse, tum socij eius ferant molestias & difficultates, quæ interdum in curandis infirmis accidere solent. Quemadmodùm autem diligenter curare debet, ne debita ministeria ægrotis defint; ita etiam animaduertere, ne nimix vigilix, immoderatiq̃ue labores, aut morbi contagio, vel propriæ ipsius vel sociorum saluti noceant.

De Sacramentis suscipiendis.
P. 6. c. 4. §. 1.

13 Cùm grauitas morbi id postulauerit, Superiorem certiore reddat, vt ægrotus, antequàm iudicij vsu priuetur, omnia Sacramenta accipiat: quòd si ægrotus, diu, licet sine periculo, decumbat, curet vt octauo quoque die pro more Societatis communicet; ne huiusmodi spirituali fructu & consolatione priue-

priuetur , nisi aliqua ratio iudicio Superioris impediatur.

14 Ingrauescente morbo Superiorem admoneat; ut orationibus omnium domesticorum valdè peculiaribus infirmum iuuari faciat; atque eò magis, quò morti propinquo-rem videret: & ut morienti quò plures poterunt, ex nostris adsint, qui eum animosiores reddant, usque auxiliis iuuent, quæ eo tempore conuenient: ac cum primùm vitâ functus fuerit, Ædituum admoneat.

15 Prouideat ut eorum corpora, qui ad meliorem vitam migrarint, ad sepulturam consueto regionis more præparentur; & ut spatio diei naturalis decenter teneantur: nisi ratione mali odoris anteuerti posse hoc tempus Superiori videretur.

16 Præfecto sanitatis obediatur in omnibus, quæ ad hoc officium pertinent: qui si nullus fuerit constitutus, Præfecti munere ipse fungatur.

IANITORIS.

Nomina prope ostium scribenda. P. 3. c. 1. §. 3. **N**OMINA omnium domesticorum prope ostium Domus in tabulâ scripta sint, vbi notis quibusdam illi designabuntur, qui egredientur: neminem verò foras exire permittat, qui facultatem à Superiore generalem aut particularem non habeat; & ab iis, qui egrediuntur, quò eant, intelligat.

Nil intempestiue nuntiabit. 2 Nihil cuiquam nuntiabit intempestiue, vt cum in mensâ sederet, nisi aut res esset necessaria, aut personæ mittentis conditio aliud exigeret.

Litteras Superiori tradat. 3 Litteras omnes & schedulas, quæ domesticis mittuntur, Superiori tradat: ij verò, ad quos dabantur, eas esse acceptas ne intelligant: caueat etiam ne alicuius domestici litteras, aut quid simile externis det iniussu Superioris.

Quid cum peregrè venientibus. 4 Cùm aliqui ex Societate peregrè veniunt, ianuam ingressis dicat, vt illic expectent, dum Superior de aduentu eorum fit certior.

Præsto sit ad ianuam. 5 Festinet ad ianuam, cùm tintinnabulum pulsari audit, & cùm res patietur, per fenestellam venientes expediat, portâ non apertâ.

Quando aliquis Domus non sit. 6 Si quis ab externis quærat, qui domus non sit, modestè intelligat, quis sit ille qui petit,

tit, & quid velit, vt id redeunti, si opus sit, cum facultate Superioris significare possit.

7 Talem cum omnibus conuersandi modum teneat, vt discretionem, modestiâ, & spiritualibus verbis singulos ædificatos & contentos à se dimittete studeat. *Modus conuersandi.*

8 Cùm externi aliquem è nostris alloqui volent, Superiorem adibit, qui si ad id facultatem dederit, diligenter eum qui petitur quæret, & ad locum colloquiis destinatum eos remittet. *Neminem sine facultate vocet ad ianuam.*

9 De eleemosynis, quæ ad ianuam mittentur, Superioris mentem intelligat, illiusque ordinem sequatur; & si alicuius momenti sint, Procuratorem certiore faciat. *De eleemosynâ.*

10 Si quando Prælati aut Magnates domum intrarint, curet si commodè possit, vt Sacerdos aliquis eos comitetur, dum Superiorem ipse accersit. *Prælati & Magnates.*

11 Cùm pauperes eleemosynæ causâ ad ianuam accedunt, benignè respondeat, & sedulo quærat quidnam eis erogari possit iuxta Superioris arbitrium, idque illis cum caritate distribuatur. *Cum pauperibus benignè se habeat.*

12 Mulieres, si quando ad ostium accedunt, paucis verbis dimittat, aut si pluribus opus esse videretur, in ecclesiam eas mittat ad Ædituum, vbi responderi ipsis poterit. *Mulieres ad ecclesiam remittat.*

13 Obserata semper ianua sit, clauisque in portâ ne relinquatur: loca etiam portæ vicina munda *Ianua sit semper obserata.*

Q

munda seruet, & vt iuxta ianuam omnes submissâ voce loquantur, curet.

Portas quando claudet.

14 *Portas Domus ante noctem claudat, exinde verò eas nullius causâ aperiat, nisi de Præpositi vel Rectoris expressâ licentiâ: & antequàm cubitum eat, claues eidem tradens, si quis foris maneat, illi renuntiabit.*

Nil externo-rû custodiat.

15 *Nihil custodiendum à quoquam externo recipiat, absque Superioris iussu.*

Veniente Medico dabit signum.

16 *Quoties Medicus Domum ingreditur, signum dabit campanâ; vt Minister & ceteri qui debent, adesse possint.*

Etiâ pro initio scholarum, & fine.

17 *In Collegiis, in quibus Scholæ externis aperiuntur, signum campanâ dabit pro initio lectionum, ac fine: & Gymnasia statis temporibus aperiet, atque claudet; nisi horum cura aliis demandetur.*

R E G U L Æ

C V S T O D I S

V E S T I V M.

Quæ serua-bit.

I **S**ERVARE debet omnem suppellectilem, siue lineam siue laneam, & quidquid ad indumenta, & vbi opus fuerit, etiam ad calceamenta, attinet: quæ diligenti curâ, vt rem pauperum Christi, custodiet.

2 In-

2 Inventarium rerum quas ipse custodit, si alicuius momenti sint, in libro habeat; & seorsum scribat, quæ de nouo fiant, addito die, mense, & anno; vt cum à Superiore iubebitur, possit sui muneris rationem reddere.

Inuentarium versum.

3 Vestes ordine dispositas seruet, & nouas & integras à vetustioribus seiungat, & ne corrumpantur videat; eas etiam aptandas & refarciendas curet, vt decet religiosam paupertatem: quas verò non amplius vsui nostrorum futuras iudicabit, eas Superiori ostendat, vt ille quid de eis faciendum sit statuatur.

Cura vestium.

4 Quæ singuli Nouitij domum attulerunt, ea alicubi separatim asseruabit, inscripto nomine eius qui attulit; donec biennio expleto consueta vota Societatis emittant.

Anouitis allata asseruentur.

In ex. c. 4.

§. 4. & p. 1.

c. 4. §. 6.

5 Singulis mensibus omnia Domus visitabit cubicula, vt ex Superioris arbitrio, si quid eis desit, suppleri possit; si quid etiam superfluum inuenerit, vestes duplices, Instrumenta Itineris, & similia, in vestiariâ officinâ custodiantur.

Singulis mensibus cubicula visitet.

Dec. 93. §. 3.

Cong. 7.

Ex Instr. 1.

Spiritus.

6 Inspiciat etiam quinquam vestibus indigeant, vt Superiori dicat, eiusque ordinem exequatur; eo verò inconsulto nihil cuiquam dabit. Coadiutores autem temporales sottanis dimidio palmo breuioribus, quàm Sacerdotes, & pallio sottanis breuiori vtantur.

Vestibus indigentes.

7 Linei panni lotori, siue externus ille *Linei panni.* sit,

fit,

fit, siue domesticus, scripto numero dentur & accipiantur.

*Subucula
signentur.
&c.*

8 Subuculæ singulorum, quæ staturæ induentium conuenire debent, signis particulæribus internoscantur, ne permisceri contingat.

Pannos lineos pro Refectorio, &c. numeratò det & recipiat.

9 Pannos lineos omnes, quos vtendos Refectorij Præfecto, Coquo, aliisque ministris diuidet, numeratò det & recipiat.

Quando lineæ distribuet & colliget.

10 Sabbati vespere lineæ munda per omnia cubicula distribuatur: Dominicâ verò die manè ex iisdem cubiculis immunda colligat; & an omnia quæ dederat recipiat, animaduertat.

Lintheamina munda pro lectis quando mutabit.

11 Æstiuo tempore lintheamina munda pro lectis decimoquinto quoque die; hiberno verò post tres hebdomadas distribuatur, vbi id fieri poterit.

12 Hæc omnia custos vestium præstabit, nisi eius officium in magno aliquo Collegio aut Domo in plures personas distribuere necesse sit.

R E G V L Æ

E M P T O R I S.

Quomodo emat.

I **D**ILIGENS sit in emendis iis, quæ ad quotidianum vsum, Superioris arbitrio, domum comportanda sunt, eaque tempestiuè

pestiuè Dispensatori tradat: emat autem res bonas, & quàm commodissimo pretio poterit, licet longius sint petendæ.

2 Adnotet pecuniæ summam, quàm à Procuratore in dies accipiet, & quas in res eam expendet; & rationem ei quotidie reddat dari & accepti: quid autem sequenti die empturus sit, à Ministro intelliget.

Pecunia accepta & expensa ratione quot die reddat.

3 Curet quantum poterit, eos quibus cumaget, discretione ac modestiâ ædificare, & quatenus eius officium decet, religiosis verbis in spiritu iuuare.

Curet ædificationem.

R E G V L Æ

DISPENSATORIS.

1 IN rebus distribuendis ordinem Superioris sequatur: & quamuis communiter æqualitatem inter omnes seruare debet, habeat tamen infirmorum & conualescentium rationem, prout ei fuerit præscriptum.

Quomodo res distribuet.

Infirmorum curam habeat.

2 Vinum in mensâ ponendum aquâ temperabit, vbi & quantum Superiori videbitur.

Vinum.

3 Quæ ex mensis supersunt, diligenter conseruabit, memor paupertatis; vt & domesticis, & externis pauperibus, iuxta ordinem Superioris, vsui esse possint.

Quæ supersunt seruet.

4 Curam habeat conseruandi res ad victum

Res ad victum necessarias curet.

ctum necessarias, quæ ipsi committentur, clausasque custodiat, aduertens ne corrumpantur: quòd si corruptionis sit periculum, Superiorem admoneat. Vt autem hæc melius obseruet, visitet sæpè penum, & alia loca vbi illa reconduntur.

*Munditiem
curet.*

5 Tam penum, quàm reliqua omnia quæ in eo sunt, munda habeat.

*Cibi quando
emendi.*

6 Antequàm penitus absumentur cibi, qui domi reconduntur, Superiorem admoneat vt alij coëmi tempestiuè possint.

*Dolia pur-
ganda, &c.*

7 Curet concinnanda dolia & purganda, cum opus est, ad nouum vinum infundendum: cuius rei cum tempus impendet, Superiorem admonebit.

R E G V L Æ

P R Æ F E C T I

REFECTORII.

*Curet mun-
ditiem.*

1 **C**VRET refectorium & quæ eius vbi-
bus feruiunt, omnia esse quàm mun-
dissima.

*Aqua, &
mantilia,
non desint.*

2 Ne aqua manibus abluendis, aut mantilia extergendis desint, aduertat: horum autem (quæ bis in hebdomadâ saltem mutabuntur) alia Sacerdotibus, alia non Sacerdotibus destinata erunt.

3 Man-

3 Mantilia singulis saltem hebdomadis semel, mappæ verò, quæ singulis singulæ seruient, bis mundæ ponentur: omnia autem lintea numeratò & accipiat & reddat.

Mantilia, & mappæ, quæ do mutanda.

4 Curet ne vasa & cetera in Refectorio necessaria, desint, & vt quàm maximè munda sint: cultellos autem frequenter acuere faciat.

Vasa munda non desint.

5 Paruam mensam paratam habeat.

Parua mensa.

6 Signum campanâ temporibus suis dabit conueniendi ad primam, & secundam mensam: sed ante primum pulsus (qui quartâ parte horæ secundum præcedat) à Coquo intelligat, an sint omnia parata.

Quando signum campanâ dabit.

7 Mensæ rebus necessariis paratæ esse debent, cum campanâ signum primò dabitur: quæ autem ad potum pertinent, circa secundum signum apponantur, & aquæ ac vini vasa supra orbés collocentur.

Que in primo signo, qua item in secundo mensa apponuntur.

8 Sit certus locus iis qui curæ Infirmarij subsunt, quibus nihil, nisi quod ab eo præscriptum erit, apponat: seruet autem cum omnibus æqualitatem, nisi secus necessitatis causâ esset à Superiore monitus: sine cuius arbitrio, neque ientaculum, neque aliud quidquam vlli concedet.

Quæ infirmis parabit.

9 Priusquam è mensâ surgatur, inferantur orbés aliquot in mensam, vt quisque locum suum mundet: quamprimùm verò pro secundâ præparatâ omnia habuerit, signum

Ante finem pro secundâ, quæ præparanda.

cam-

campanâ dabit: prouidebitque, ne desint, qui ministrare debent.

*Quæ super-
sunt cui tra-
det.*

10 Quæ ex mensis supersunt, colliget, atque illi tradet, ad quem id ex officio pertinet, siue Coquus is, siue Dispensator sit.

*Notet in ta-
bulâ qui ci-
bum capiunt.*

11 Nomina eorum, qui domi tam in Refectorio, quàm extra vescuntur, in quadam tabulâ habeat, & eos qui cibum cepere notabit; ut intelligat, quânam supersint; & Coquum, qui portiones distribuit, commune faciet.

*Quæ post
mensam
agenda.*

12 Mensis expeditis mantilia plicentur, verraturque Refectorium: & si quis inter comedendum silentium non seruauerit, aut aliquid minùs modestum fecerit, ipse Superiori significabit.

*Qui mini-
straturi in
mensâ, &
qui lecturi.*

13 Habeat à Ministro catalogum in quo scriptam sit, quânam, & quibus diebus in primâ & secundâ mensâ ministraturi sint; eumque ordinem seruet. Intelligat etiam sabbatho quânam per hebdomadam sequentem in Refectorio legere debeant; eosque faciat certiores.

*Rerum Re-
fectoriij cata-
logis habeat.*

14 Catalogum habeat rerum, quæ in Refectorio seruiunt: ut cum ratio ab eo requiretur, in promptu sit, & in loco ad id designato eas custodiat.

*Signa ad fi-
nem recrea-
tionis.*

15 Ad finem recreationis, quæ vnâ horâ post primam mensam, alterâ post secundam à prandio & à cœnâ durare debet, distincta signa campanâ dabit.

R E-

R E G V L Æ

C O Q V I.

1 IN iis omnibus, quæ ad suum munus per-
 tinent, munditiam seruet ipse, & ab aliis
 seruandam curet; detque operam, vt omnia
 rectè & opportunè parentur, ea præsertim,
 quæ ad ægrotos pertinent.

*Munditiam
 in se & aliis
 curet, præ-
 fertim in iis
 quæ ad ægro-
 tos.*

2 Carnes, pisces, & alia quæ ad mensam
 portanda sunt, dum secat & distribuit, digitis
 minimè contrectet, sed fuscinulâ aut cultello
 ad eam rem vtatur.

*Epula vt
 tractanda.*

3 Semihorâ, aut saltem quartâ horæ parte,
 antequàm in mensâ sit sedendum, præparati
 cibi omnes esse debent.

*Cibi quo
 tempore præ-
 parati.*

4 Circa qualitatem, & quantitatem por-
 tionum, ordinem à Superiore datum sequetur.

Portiones.

5 Coquere, aut aliud quippiam pro aliquo
 particulari parare, Infirmario tantùm exce-
 ptò, neminem sinet, neque ipse faciet sine Su-
 perioris facultate.

*Nemo præter
 Infirmarium
 in culinâ
 præparet.*

6 Scriptum in codice habeat catalogum
 rerum, quarum est vsus in coquinâ, quas ipse
 seruare debet.

*Catalogus
 rerum.*

7 Diligenter aduertat, ne plura quàm ne-
 cessaria sint, ligna comburantur. Hanc simili-
 ter diligentiam in rebus quas consumit, adhi-
 bebbit, ne quid non necessarium insuma-
 tur,

*Paupertatis
 cura.*

R

tur,

tur, vt religiosam paupertatem decet.

*Qua super-
sunt vt con-
seruabit.*

8 Quæ ex mensâ superfunt, ei que traduntur, conseruabit, memor paupertatis; vt & domesticis, & externis pauperibus vsui esse possint, iuxta ordinem Superioris.

*Adiutores
adificet.*

9 Si quem haberet adiutorem, curet vt eum verbo & exemplo suo adificet, præsertim Nouitios.

R E G V L Æ

EXCITATORIS.

*Quo tempore
cubitum ibit,
& alios ex-
citabit.
P.3.c.2.§.2.
lit.E. & p.4.
c.10.§.9.*

MEDIA saltem horæ parte ante ceteros cubitum eat, eodem que temporis spatio ante alios manè surgat, & horâ constitutâ campanam pulset, statim que ad omnia cubicula lumē deferens, cunctos excitet. Quod vt certius & melius præstare possit, horologium excitatorium à Superiore habeat.

*Quando vi-
sitabit.*

2 Quartâ horæ parte ab excitatione elapsâ, cubicula rursus inuiset, ac si quos nondum surrexisse comperiat, Superiori nuntiet.

*Quando pul-
sabit ad ora-
tionem.*

3 Post aliam quartam horæ partem ad orationem pulsabit, ita vt ab excitatione ad orationis vsque initium, semihora intercedat: absoluto verò tempore orationi deputato, finis signum dabit.

*Adiutores
has regulas
obseruent.*

4 Si quorum operâ indigebit propter multitudinem

titudinem eorum quos excitare aut visitare debet, eos à Superiore petet, quos seruare eafdem regulas curabit : si qui autem debiles aut valetudinarij erunt, eos iuxta ordinem Superioris excitabit.

5 Si quem videret communem illam regulam minùs obseruantem, quâ omnes decenter cooperti dormire iubentur, Superiorem monabit. *Minùs decenter dormientes obseruet.*

R E G V L Æ

NOCTV CUBICVLA
VISITANTIS.

1 **H**ORA à Superiore præscriptâ ad nocturnum conscientiaë examen pulsabit, transactoquæ quadrante signum dabit ad cubandum. *Quando ad examen pulsabit. P. 4. c. 10. §. 9. P. 3. c. 2. §. 2.*

2 Elapsâ quartâ horæ parte à cubandi signo, singula cubacula adibit, & an omnes ad lectum se receperint, ac lucernas extinxerint, videbit: si quos inuenerit extra lectum, aut qui lucernas non extinxerint, Superiori renuntiabit. *Postea cubacula visitabit.*

EPISTOLA

S. P. N.

IGNATI

DE VIRTUTE

OBEDIENTIÆ.

Ignatius Loiola Fratribus Societatis IESV, qui sunt in Lusitaniâ gratiam, & amorem Christi Domini sempiternum.

1 **M**AGNAM animi voluptatem capio, Fratres in Christo carissimi, cùm affertur ad me, quàm acri studio conatuque ad summam virtutis, ac Diuini obsequij perfectionem enitamini; beneficio illius, qui vos vt ad hoc vitæ institutum vocauit, sic in eodem pro suâ clementiâ retinet, dirigitque ad beatum finem, ad quem, qui sunt ab ipso electi, perueniunt.

2 Atque ego sanè, cùm vos omnibus donis

orna-

I ornamentisq̄ue spiritualibus perfectos, tum
verò (quod aliàs ex me cognouistis) in primis
Obedientiæ virtute præstantissimos esse cu-
pio: idq̄ue non solum ob eximia quædam ac
singularia eius bona, quæ tot, tamq̄ue illustri-
bus sacrarum Litterarum testimoniis, atque
exemplis in Testamento æquè nouo ac veteri
comprobantur; sed etiam quòd (vt est apud
Sanctum Gregorium) Obedientia sola virtus
est, quæ virtutes ceteras menti inserit, insertas-
q̄ue custodit. Hæc dum floruerit, flore-
bunt proculdubiò reliquæ, edentq̄ue fructus, qua-
les & ego in animis vestris exopto, & suo iure
postulat is, qui humanum genus neglectæ
Obedientiæ scelere afflictum ac perditum, sa-
lutari ipsemet Obedientiâ reparauit, Factus
obediens vsque ac mortem, mortem autem
Crucis.

Lib. 35. Mo-
ral. c. 10.

Ad Philip. 2.

3 Ab aliis religiosis ordinibus faciliùs pa-
tiamur superari nos ieiuniis, vigiliis, & ceterâ
victus cultusq̄ue asperitate, quam suo quique
ritu ac disciplinâ sanctè suscipiunt: verâ qui-
dem ac perfectâ Obedientiâ, abdicatiõneq̄ue
voluntatis atque iudicij maximè velim, fratres
carissimi, esse conspicuos, quicumque in hac
Societate Deo Domino nostro deseruiunt:
eiusdemq̄ue Societatis veram, germanamq̄ue
sobolem hac quasi notâ distingui, qui nun-
quam intueantur personam ipsam, cui obe-
diunt, sed in eâ Christum Dominum, cuius

R 3

causâ

Luc. 10. 16.

causâ obediunt. Siquidem Superiori, nec si prudentiâ, bonitate, ceterisve quibuslibet Diuinis donis ornatus instructusque sit, propter eâ obtemperandum est; sed ob id solum, quòd vices gerat Dei, eiusdemque auctoritate fungatur, qui dicit, *Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit*: nec contrâ, siue consilio aut prudentiâ minùs valeat, quidquam idcirco de Obedientiâ remittendum, quatenus ille Superior est; quando illius personam refert, cuius sapientia falli non potest: supplebitque ipse, quidquid ministro defuerit, siue probitate, aliisque ornamentis careat. Siquidem disertis verbis Christus Dominus cum dixisset, *Su-*

Matth. 23. 3.

per Cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi, protinus addidit, *Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, seruate & facite; secundùm verò opera eorum nolite facere.*

4 Quocircâ sedulò vos in eam curam, atque exercitationem incumbere cupio, vt Christum Dominum in Superiore quolibet agnoscere studeatis, in eoque Diuinæ Maiestati reuerentiam atque obedientiam summâ cum religione præstare. Quod vobis minùs mirum videbitur, si animaduertentis præceptum esse ab Apostolo, vt Superioribus etiam sæcularibus ethnicisque pareamus, vt Christo, ex quo omnis potestas benè instituta descendit: sic enim scribit ille ad Ephesios, *Obedite Dominis carnalibus cum timore &*

Cap. 6. v. 5.
6. 7.

tre-

tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo: non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, cum bonâ voluntate seruientes, sicut Domino, & non hominibus. Atque hinc existimare poteritis ipsi, cum se religiosus quispiam regendum ac moderandum alteri tradidit, non solùm vt Superiori, sed etiam nominatim vt Christi partes agenti; quo illum loco apud animum suum habere, vtrum vt hominem, an vt Christi Vicarium debeat intueri.

5 Iam verò illud etiam vobis clarè compertum esse, ac in animis vestris penitùs infidere vehementer cupio, infimam & valdè imperfectam esse illam obedientiæ formam, quæ mandata dumtaxat opere exequitur, nec virtutis nomine dignam, nisi ad alterum gradum ascendat, qui voluntatem Superioris suam efficit, & cum eâ ita concordet, vt non solùm in effectu executio appareat, verùm etiam in affectu consensio; sicque idem velit vterque, idem nolit. Atque propterea in sacris Litteris legimus, *Melior est Obedientia, quàm victima*: Siquidem (vt S. Gregorius docet) *Per victimas aliena caro, per obedientiam verò voluntas propria mactatur*: quæ quidem pars animi, quoniam est ad eò præstans, sic fit vt eius oblatio Domino ac Creatori nostro per

1. Reg. 15. 22.
Lib. 35. Moral. c. 10.

obedientiam facta, magni sit æstimanda.

6 Quanto in errore, quamque periculoso versantur non solum ij, qui in iis quæ ad carnem & sanguinem pertinent, sed illi etiam qui in rebus alioquin admodum sanctis ac spiritualibus, ut ieiuniis, precationibus, aliisve quibusvis pietatis operibus fas putant à præscripto Superioris ac voluntate discedere! Audiant quod sapienter adnotat Cassianus in Collatione Danielis Abbatis: *Vnum sanè, inquit, atque idem inobedientiæ genus est, vel propter operationis instantiam, vel propter otij desiderium, senioris violare mandatum: tamq̃, dispendiosum est pro somno, quam pro vigilantia, Monasterij statuta conuellere: tantum denique est, Abbatis transire præceptum ut legas; quantum si contempnas, ut dormias.* Sancta fuit actio Marthæ, sancta contemplatio Magdalenæ, sancta pœnitentia & lacrymæ, quibus pedes Christi Domini rigabantur: sed hæc omnia nimirum oportuit fieri in Bethaniâ, quam vocem domum Obedientiæ interpretantur, ut eâ re, quemadmodum ait S. Bernardus, nobis significare voluisse Dominus videatur, *nec studium bonæ actionis, nec otium sanctæ contemplationis, nec lacrymam pœnitentis, extra Bethaniam illi accepta esse potuisse.*

In ferm. ad
milit. templ.
cap. 13.

7 Quocirca voluntates vestras, fratres carissimi, quoad eius fieri potest, omnino depone: libertatem Conditore vestro, quam vobis ipsemet elargitus est, in eius ministris liberè tradite

tradite ac dicite. Nolite exiguum vestri liberi arbitrij fructum putare, quòd liceat vobis illud, à quo id accepistis, eidem per obedientiam plenè reddere. Quod cùm facitis, non modò non perditis ipsum, verùm etiam auge- tis atque perficitis; quippe qui vestras omnes voluntates certissimâ rectitudinis regulâ moderamini voluntate diuinâ, quam videlicet interpretatur is qui vobis Dei nomine præsidet.

8 Itaque diligenter illud etiam cauendum est, ne Superioris vllò vñquam tempore voluntatem (quam ducere pro Diuinâ debetis) ad vestram detorquere nitamini: id enim esset non vestram diuinæ conformare, sed diuinam vestræ voluntatis normâ regere velle, eiusdem diuinæ sapientiæ ordinem inuertentes. Sanè quàm magnus est error, & quidem eorum quos amor sui obcæcauit, obedientes existimare sese, cùm Superiorem ad id quod ipsi met volunt, aliquâ ratione pertraxerint. Sanctum Bernardum in hac re præclarè exercitatum au- dite: *Quisquis, inquit, vel apertè, vel occultè satagit, vt quod habet in voluntate, hoc ei spiritualis Pater iniungat; ipse se seducit, si fortè sibi quasi de obedientiâ blandiatur. Neque enim in eâ re ipse Prælato, sed magis ei Prælati obedit. Quæ cùm ita sint, quisquis ad obedientiæ virtutem velit peruenire, oportet ad hunc secundum obedientiæ gradum ascendat, vt Superioris non solùm iussu exequatur, sed etiam eius voluntatem suam faciat, seu*

In serm. de
trib. ordin.
Ecclesiæ.

R 5

potius

potius suam exuat, vt diuinam à Superiore expositam induat.

9 Qui verò se totum penitus immolare vult Deo, præter voluntatem, intelligentiam quoque (qui tertius, & summus est gradus obedientiæ) offerat necesse est; vt non solum idem velit, sed etiam vt idem sentiat, quod Superior; eiusque iudicio subiiciat suum, quoad potest deuota voluntas intelligentiam inflectere. Quæ vis animi tametsi non eâ, quâ voluntas pollet, libertate prædita est; atque ipsâ naturâ fertur eius assensus in id, quod sibi veri speciem præbet; tamen multis in rebus, in quibus videlicet cognitiæ veritatis euidencia vim illi non infert, potest voluntatis pondere in hanc potius, quàm in illam partem inclinari. Quæ res cum incidunt, debet quisquis obedientiam profiteretur, inclinare sese in sententiam Superioris. Etenim cum obedientia sit quoddam holocaustum, quo totus homo sine vllâ profus imminutione Conditori suo ac Domino per manus ministrorum in caritatis igne immolatur; cumque sit eadem renuntiatio quædam integra, per quam omni suo iure sponte decedit religiosus, vt Diuinæ prouidentia Superioris ductu gubernandum ac possidendum vtrò sese addicat ac mancipet; negari non potest, quin Obedientia comprehendat non solum executionem, vt imperata quis faciat, & voluntatem, vt libenter

ter faciat; sed etiam iudicium, vt quæcumque Superior mandat ac sentit, eadem inferiori & recta & vera esse videantur; quatenus, vt dixi, vi suâ potest voluntas intelligentiam flectere.

IO Vtinam hanc mentis & iudicij obedientiam, ita & intelligerent homines & exercerent, vt grata Deo est, ac omnibus, qui in religione viuunt, necessaria.

Nam vt in corporibus, globisq̄ue cælestibus, vt alius alium afficiat moueatq̄ue, requiritur, vt certâ quadam conuenientiâ & ordine inferior orbis superiori subiiciatur; sic in hominibus, cùm alter alterius auctoritate mouetur, (quod per Obedientiam fit) oportet vt is, qui ab alterius nutu pendet, subseruiat & obsecundet, vt virtus ab imperante ad eum deriuetur & influat. Hæc autem obtemperandi obsecundandiq̄ue ratio constare non potest, nisi voluntas ac iudicium inferioris cum Superioris voluntate ac iudicio congruat.

II Iam verò si finis & causa obedientiæ spectatur, quemadmodùm voluntas, ita & iudicium in eo, quod nobis conuenit, decipi potest. Ergo sicuti ne voluntas erret, cum Superioris voluntate coniungitur; sic intelligentia, ne fallatur, ad Superioris intelligentiam conformanda est. *Ne imitaris prudentia tua, Prou. 3. 5.* sacræ Litteræ monent: atque in rebus etiam
hu-

humanis censent sapientes, verè prudentis esse, suâ ipsius prudentiâ minimè fidere; præsertim in rebus suis, quarum homines animo perturbato ferè boni iudices esse non possunt. Quòd si in rebus nostris alterius, etiam non Superioris, iudicium atque consilium nostro anteponendum est, quantò magis ipsius Superioris, cui nos, vt Dei vicem gerenti, ac diuinæ voluntatis interpreti moderando tradidimus? In causis verò personisq̄ue spiritualibus eò maior etiam cautio proculdubio est necessaria, quòd grauius est spiritualis viæ periculum, cum sine frenis consilij, discretionisve in eâ decurritur. Quâ de re commodè Cassianus in Collatione

Col. 2. c. 11.

Abbatis Mosi ait, *Nullò alio vitio tam precipitem diabolus monachum pertrahit, ac perducit ad mortem; quàm cum eum neglectis consiliis seniorum, suo iudicio persuaserit desinitioniq̄, considerare.*

12 Præterea, nisi hæc obedientia iudicij existat, fieri non potest, vt vel consensus voluntatis, vel executio talis sit, qualem esse oportet: naturâ enim ita comparatum est, vt animi nostri vires, quæ appetitiuæ dicuntur, sequantur apprehensiuas; & nisi adhibitâ vi, voluntas, iudicio repugnante, diu obtemperare non poterit. Quòd si fortè quis aliquo temporis spatio obediat per communem illam apprehensionem, quâ censetur, perperam etiam præcipiendi parendum esse; certè id stabile ac fixum esse non potest: atque ita perseuerantia deficit, vel
fal-

saltem obedientiæ perfectio, quæ in promptè & alacriter obediendo consistit: non enim ibi potest esse alacritas ac diligentia, vbi est animorum sententiarumque dissensio. Perit etiam exequendi studium & celeritas, cum ambigitur, expediat necne facere quod iubemur: perit celebris illa obedientiæ cæcæ simplicitas, cum apud nos ipsos in quæstionem vocamus, rectène præcipiatur, an secus; atque etiam fortasse damnamus Superiorem, quòd ea mandet, quæ nobis non ita iucunda sunt: perit humilitas, quoniam etsi ex alterâ parte paremus, ex alterâ tamen nosmet ipsos Superiori præferimus: perit in rebus arduis fortitudo: perit denique (vt summam complectar) virtutis huius vis omnis ac dignitas. Succedunt autem in eorum locum dolor, molestia, tarditas, lassitudo, obmurmurationes, excusationes, aliæque vitia non sanè leuia, quibus obedientiæ pretium ac meritum profus extinguitur. Itaque Sanctus Bernardus, de iis qui grauius ferunt imperata minùs sibi suauia, sic ait: *Hæc si moleste cœperis sustinere, si diiudicare Prælatum, si murmurare in corde, etiamsi exterius impleas quod iubetur, non est hæc virtus patientiæ, sed velamentum malitiæ.* Quòd si pax & tranquillitas animi quæritur, certè hæc non fructur is, qui habet intra sese causam perturbationis, atque tumultus, dissensionem videlicet iudicij proprij ab obedientiæ lege.

Serm. 3. de
Circumci-
sione.

Rom. 15. 5.

1. Cor. 1. 10.

2. Cor. 13. 11.

Phil. 2. 2.

13 Atque idcirco, tuendæ concordiaë causâ, quæ societatis omnis est vinculum, tanto perè hortatur Apostolus, vt id ipsum omnes sapiant & dicant: nimirum vt consentientibus & iudiciis & voluntatibus, mutuò fo-ueantur & conferuentur. Iam si vnum, eundemque oportet esse membrorum sensum & capitis; facile cernitur, vtrum sit æquius, caput membris, an membra capiti consentire. Atque ex his quidem, quæ dicta sunt hæctenus, satis apparet, obedientia iudicij quàm sit necessaria.

14 Quàm verò sit eadem ipsa perfecta, grataque Domino, inde primùm ostenditur, quòd per eam præstantissima pars hominis ac pretiosissima Domino consecratur. Deinde quòd obediens ita fit holocaustum viuum gratumque Maiestati diuinæ, cùm nihil sui met omnino retineat: postremò quòd magna est huius certaminis difficultas, frangit enim sese Dei causâ obediens ipsemet, resistitque naturali propensione, quæ omnibus hominibus insita est ad suam complectendam sequendamque sententiam. Ex his igitur rebus efficitur, vt obedientia tametsi propriè voluntatem perficere videatur, quippe quam reddit ad nutum Superioris promptam ac paratam; nihilominus ad intelligentiam quoque ipsam, vt diximus, pertinere debeat, eamque inducere ad sentiendum id ipsum, quod sen-

sentit Superior: sic enim fiet, vt omnibus con-
nixa viribus & voluntatis & intelligentiæ,
ad executionem celerem atque integram ve-
niamus.

15 Videor mihi vos, fratres carissimi,
audire dicentes, de virtutis quidem huius-
ce necessitate iam non ambigere; illud
verò vt cognoscatis vehementer optare, quo
pacto ad eius perfectionem peruenire possi-
tis. Huic ego quæstioni cum Sancto Leo-
ne, ita respondeo. *Nihil arduum est humili-*
bus, & nihil asperum mitibus: modò non desit
vobis humilitas, non desit mansuetudo,
non vtique deerit Deo benignitas ad vos ad-
iuuandos, vt quæ sibi promisistis, ea præsta-
re possitis, animo non solùm æquo, sed etiam
libenti.

ser. 5. de Epi-
phaniâ.

16 Præterea vobis tria nominatim pro-
pono, quæ ad obedientiam iudicij comparan-
dam multùm iuuant.

Primum illud est, vt quemadmodùm ini-
tiò dixi, non intueamini in personâ Superio-
ris hominem obnoxium erroribus atque mi-
seriis, sed Christum ipsum, qui est sapientia
summa, bonitas immensa, caritas infinita,
qui nec decipi potest, nec vos vult ipse deci-
pere. Et quoniam conscij vobismet estis, vos
Dei amore iugum obedientiæ subiisse, vt in
Superioris voluntate sequendâ, voluntatem
diuinam certiùs sequeremini, nolite dubita-

re,

re, quin pergat fidelissima Domini caritas, eorum ministerio, quos vobis præfecit, vos deinceps gubernare, & rectis itineribus ducere. Itaque Superioris vocem, ac iussa non secus ac Christi vocem excipite: siquidem Apostolus etiam scribens in hanc sententiam ad Colossenses, cum ad obtemperandum Præpositis subditos adhortatur, ait: *Quodcumque facitis, ex animo operamini sicut Domino, & non hominibus; scientes, quòd à Domino accipietis retributionem hereditatis. Domino Christo seruite.* Sanctus verò Bernardus: *Siue Deus (inquit) siue homo vicarius Dei mandatum quodcumque tradiderit, pari profectò obsequendum est curâ, pari reuerentiâ deferendum; vbi tamen Deo contraria non præcipit homo.* Atque ita, si non hominem externis oculis, sed Deum inspexeritis internis, haud sanè graue fuerit vobis voluntates vestras atque iudicia conformare ad eam regulam actionum vestrarum, quam ipsimet elegistis.

17 Altera est ratio, vt quod Superior mandat vel sentit, defendere semper apud animos vestros studiosè nitamini, improbare autem nequaquam. Atque ad eam ipsam rem proderit, benè animatos affectosque esse ad id omne, quod ipse iusserit: sic enim fiet, non solùm vt sine molestiâ, sed etiam vt cum voluptate lætitiâque pareatis: nam (vt est apud Sanctum Leonem) *non durâ ibi necessitate seruitur, vbi diligitur, quod iubetur.*

18 Po-

Coloss. 3. 23.

In tract. de
præcepto &
dispensat.
cap. 12.

18 Postrema subiiciendi iudicij ratio est
 cum facilius tutiorque, tum etiam apud sanctos
 Patres in more posita; ut statuatis vobiscum
 ipsi, quidquid Superior præcipit, ipsius Dei
 præceptum esse & voluntatem: atque ut ad
 credenda, quæ Catholica fides proponit, toto
 animo assensuque vestro statim incumbitis;
 sic ad ea facienda, quæcumque Superior
 dixerit, cæco quodam impetu voluntatis pa-
 rendi cupidæ, sine vllâ prorsus disquisitione
 feramini. Sic egisse credendus est Abraham, Gen. 22.
 filium Isaac immolare iussus: sic noui Testamen-
 ti tempore aliqui è sanctis Patribus iis quos
 commemorat Cassianus, ut Ioannes Abbas, Lib. 4. c. 24.
 qui, quod erat ei imperatum, non reputabat
 vitilene esset, an inutile; ut cum aridum lignum
 tanto ac tam diuturno labore per annum irri-
 gavit: nec vtrum fieri posset, necne; ut cum co-
 natus est tam ex animo ingens saxum solus di-
 mouere loco, quod ne multi quidem simul ho-
 mines impellere potuissent. Quod obedien-
 tiæ genus ipsis interdum miraculis diuinitus
 comprobatum videmus. Nam (ut alios ta-
 ceam, quos ipsi non ignoratis) Maurus sancti
 Benedicti discipulus, mandato Superioris la-
 cum ingressus, necmersus est: alius quidam à
 Superiore iussus, lænam ad se ducere, illam
 cepit atque perduxit. Est igitur hæc ratio subii-
 ciendi proprii iudicij, ac sine vllâ quæstione
 sancienti & collaudandi apud se quodcum-
 que

S

que

Greg. 1.
 Dial. c. 7.

In vitis PP.
 libr. 5. libel.
 14. n. 4.

que Superior iusserit, non solum sanctis viris vsitata, sed etiam perfectæ obedientiæ studiofis imitanda omnibus in rebus, quæ cum peccato manifesto coniunctæ non sunt.

19 Nec tamen idcirco vetamini, si quid fortè vobis occurrat à Superioris sententiâ diuersum, idque vobis (consulto suppliciter Domino) exponendum videatur, quò minùs id ad Superiorem referre possitis. Verùm in hac re, ne vos amor vestri, iudiciumque decipiat, illa cautio est adhibenda, vt animo sitis & ante & post relationem æquissimo, non solum quod pertinet ad eam rem, de quâ agitur, vel suscipiendam vel deponendam; sed etiam ad approbandum, rectiusque putandum quidquid Superiori placuerit.

20 Atque hæc quæ de obedientiâ diximus, æquè priuatis erga proximos Superiores; atque Rectoribus, Præpositisque localibus erga Prouinciales; Prouincialibus erga Generalem; Generali denique erga illum, quem Deus ipsi præfecit, nempe suum in terris Vicarium, obseruanda sunt; sic vt, & ordinum perfecta distinctio, ac proinde pax retineatur, & caritas sine quâ nec Societatis nostræ, nec alterius cuiuslibet Sodalitij possit recta gubernatio conseruari. Nimirum hoc modo prouidentia illa diuina disponit omnia suauiter, infima per media; media per summa, suos ad fines cuncta perducens. Hinc illa videlicet in Angelis

sap. 8.

gelis vnus hierarchiæ ad aliam subordinata series; hinc & cælestium, & aliorum omnium, quæ cientur, corporum certis locis ac sedibus inter sese apta connexio, quorum conuersiones ac motus ab vno mouente supremo gradatim omnes vsque ad infimos rite proueniunt. Idem in terris, cum in omni ciuitate bonis institutâ legibus, tum verò in hierarchiâ Ecclesiasticâ cernitur, cuius omnia membra & functiones ab vno generali CHRISTI Domini nostri Vicario deriuantur: & quò accuratiùs hæc dispositio & collocatio custoditur, eò rector est gubernatio & melior. Contra verò huius ordinis negligentia quam grauiâ incommoda multis hominum societatibus importentur, nemo non videt. Atque idcirco in hac, cuius mihi nonnullam procurationem ac curam Dominus tradidit, tam diligenter hanc virtutem exerceri, vigere que percipio, quasi in eâ Societatis nostræ bonum, ac salus vniuersa consistat.

21 Quæ cum ita sint, vt vnde exorsa est, ibidem terminetur epistola; vos ego per Christum Dominum nostrum obtestor, qui sese nobis non modò præceptorem, sed etiam exemplar præbuit obedientiæ, vt ad eam virtutem toto pectore incumbatis; & gloriosæ victoriæ appetentes atque auidi, vosmetipsos superare, id est, excelsiorem & difficiliorem animi partem, voluntatem dico atque iudicium

S 2

expugna-

276 *Epistola S. P. N. Ignatij de virtute Obedientia.*
expugnare & subiicere studeatis: quò Dei Do-
mini nostri solida veraque cognitio atque
amor vestros ad se animos penitus trahat; to-
tòque vitæ huius, & quasi peregrinationis cur-
riculo vsque eò gubernet ac regat, dum vos de-
mum, aliosque complures, vestrà operâ exem-
ploque adiutos, ad vltimum & felicissimum
finem, nimirum ad beatitudinem sempiter-
nam perducatur. Vestris ad Deum precibus me
valdè commendo. Româ vij. Kalend. Aprilis
Millesimo quingentesimo quinquagesimo
tertio.

F I N I S.

I N-

INDEX IN OMNES REGVLAS.

Abnegatio



sum.

De ea crebrò in concioni-
bus domesticis tractandum.
p.13.r.18.sum.

Voluntatis & iudicij.
p.17.r.31.& 32.sum.

Abstinentia

Non sit immoderata &
indiscreta.p.23.r.48.sum.

Sexta feria iuxta morem
seruanda.p.24.r.5.com.

Eius tempore quid in
mensâ legendum.p.226.r.9.
Præf.Lector.ad mens.

Admissus ad Societatem.

Vide Probatio.

Admittendi in Societate

Quales esse debeant.p.39.
r.32.Prou.& p.112.reg.2.

Exam.

Curandum ut nostrum
Institutum intelligant. p.

115.r.15.eiusd.

Admittere

Ad Prouincialem perti-
net.p.39.r.32.Prou.

Superiores locales non
possunt.p.90.r.79.Prap.&
p.110.r.77.Rect.

Quid circa hoc facere
possunt.p.90.r.80.Prap.

Admonitor

Officium suum modeste
atque humiliter obeat. p.
157.r.1.Admo.

Seruet tamen necessa-
riam libertatem.ibid.r.2.

De quibus, & quomodo
Superiorem admonebit. p.
158.r.3.

Quali secreto teneatur.
ibid.r.4.

Quid si Superior admo-
nitus remedium non adhi-
beat.ibid.r.5.

Consultorum exigat lit-
teras, & ad mediatos Supe-
riores mittat.ibid.r.6.

I N D E X.

- Caveat ne subditorum erga Superiorem obseruatiam imminuat. ibid. r. 7.*
Sigillum habeat, & quomodo eo uti debeat. ibid. r. 8.
Ædificium.
Eius forma prescriptio pertinet ad Generalem. p. 50. r. 75. Prox.
Eius conseruatio, & instauratio ibid.
Ædituus
In quibus Prefecto obediēt. p. 240. r. 1. Ædi.
Modestiam seruet: omnibus cum adificatione satisfaciāt. Mulieres breuissimè alloquatur. ibid. r. 2.
Quomodo Sacris inseruiēt. p. 241. r. 3.
Curet ut vestimenta sacra sint rectè aptata. ibid. r. 4.
Missarum habeat ministros. Ad Missam summi altaris, Sacerdotes opportuno tempore vocet. ibid. r. 5.
Sudariola appensa in sacristiā pro Sacerdotibus, &c. habeat. ibid. r. 6.
Quot candelas accendendum Sacra fiunt. ibid. r. 7.
Vinum ad Sacra quale curabit. p. 242. r. 8.
Hostie sint pulchra. ibid. r. 9.
Campanas quando pulsabit. ibid. r. 10. & 11.
Scamna in templo componat. ibid. r. 12.
Lumen ante SS. Sacramentum non desit. ibid. r. 13.
Sacerdotes ad templum quando vocabit. ibid. r. 14.
Quid faciet cum Missa & orationes petuntur. pag. 243. r. 15.
Quos ad Ianitorem remittet, & quibus portam, quā à templo in Domum aperiet. ibid. r. 16.
Linthea munda, & aqua ad manus extergendas non desint. ibid. r. 17.
Nec aqua benedicta. ibid. r. 18.
Elemosynas non admittat. ibid. r. 19.
Quando templi portas aperiet & obserabit, clauces ad Superiorem deferat. ibid. r. 20.
Templum apertum sine custodenon relinquat. ibid. r. 21.
Ne in eo strepitus fiat. p. 244. r. 22.
Altaria & reliqua diligenter mundet. ibid. r. 23.
Templum bis in hebdomadā verrat, canes abigat. ibid. r. 24.

Ægritu-

I N D E X.

<p>Ægritudo.</p> <p>Eius tempore quid obseruandum p. 21. r. 44. sum.</p> <p>Infirmario vel Presecto sanitatis referenda. p. 26. r. 17. com.</p> <p>Ægroti</p> <p>Quomodo inuisendi. pag. 18. r. 29. com.</p> <p>Eorum magna cura habenda. p. 87. r. 63. Prap. & p. 106. r. 59. Rect.</p> <p>Quando visitari possint ab externis. p. 89. r. 76. Prap. & p. 109. r. 74. Rect.</p> <p>Quando communicabūt. p. 246. r. 13. Infirm.</p> <p>Orationibus iuuentur. p. 247. r. 14. Infirm.</p> <p>Vide Infirmarius.</p> <p>Æs alienum.</p> <p>Vide. p. 52. r. 82. Prou.</p> <p>Affectus</p> <p>Inordinatus seculi & Parentum exuendus. p. 9. r. 8. sum.</p> <p>Creaturarum etiam omnium & in Creatorem conferendus. p. 13. r. 17. sum.</p> <p>Amici</p> <p>Conseruandi, & inimici reuocandi in amicitiam. p. 90. r. 77. Prap. & p. 110. r. 75. Rect.</p> <p>Amor.</p> <p>Èo potius, quàm timore, com.</p>	<p>Deo seruiendum. p. 13. r. 17. & p. 17. r. 33. sum.</p> <p>Animus.</p> <p>Animorum propensio ad partem alterutram factionis, &c. nec sentienda. p. 21. r. 43. sum.</p> <p>Annua.</p> <p>Vide Littera.</p> <p>Arca</p> <p>Nec aliud quidquam obserandum. p. 25. r. 11. com.</p> <p>Archium</p> <p>Vbi habendum, & quid in eo asseruandum. p. 36. r. 19. Prou. & p. 224. r. 19. Proc. Coll. & p. 218. r. 12. Proc. Dom. prof.</p> <p>Arma</p> <p>Domi non habenda. p. 81. r. 36. Prap. & p. 100. r. 36. Rect.</p> <p>Bella</p> <p>Inter Christianos Principes in colloquium non inducenda. pag. 28. reg. 30. com.</p> <p>Benefactores.</p> <p>Eis gratitudo exhibenda. p. 90. r. 78. Prap. & p. 110. r. 76. Rect.</p> <p>Bibere.</p> <p>Extra consuetata tempora non bibendum. p. 26. r. 16. com.</p>
---	---

I N D E X.

- Bona.
*Eorum dispositio à nostris
 faciendâ. p. 53. r. 86. & p.
 52. r. 87. & 88. Prou.*
*Quibus proprietates bono-
 rum ad tempus permittitur.
 vsus ad propriam utilita-
 tem non conceditur. p. 54.
 r. 90. Prou.*
*Stabilia donata Domui
 Professæ statim vendantur.
 p. 87. r. 66. Præp. & p. 50.
 r. 76. Prou.*
*Eorum abdicatio. p. 53.
 r. 86. eiusd.*
- Campana.
 Vide p. 242. r. 10. & 11.
 Ædi.
 Cancellarius, & Rector
 Vniuersitatis.
*Eorum institutio. p. 38.
 r. 27. Prou.*
*Quando, quid, & ad
 quos scribent. p. 163. reg. 22.
 Form. scrib.*
- Candela
*Fundatoribus danda. p.
 175. r. 9. Præf. Eccl.*
 Caput
*Quibus aperiendum. p.
 27. r. 22. com.*
*In mensâ tantum Superi-
 ori. p. 29. r. 35. com.*
 Castitas
*Perfectissime seruanda.
 p. 15. r. 28. sum.*
- Casus conscientia.
*Eorum conferentia bis in
 hebdomadâ. p. 85. r. 57. Præp.*
*Eorum Præfectus. p. 46.
 r. 57. Prou.*
 Catalogi, & Informatio-
 nes annuæ.
*Quomodo conscribendi, &
 quid in primo scribendum.
 p. 169. r. 32. Form. scrib.*
Quid in secundo. ib. r. 33.
Quid in tertio. 170. r. 34.
*Quando Romam mittere
 di. ibid. r. 35.*
- Christus
*Loco parentum & rerum
 omnium habendus. p. 9. r. 8.
 sum.*
*In omnibus imitandus.
 p. 10. r. 11. sum.*
- Cibus
*Extra Domum non su-
 mendus. p. 26. r. 16. com.*
*Nec apud externos. p. 89.
 r. 76. Præp. & p. 109. r. 74.
 Recl.*
- Coadiutor
*Nec legere nec scribere
 addiscat, nec ab aliis doceatur
 sine Generalis facultate.
 p. 25. r. 14. com.*
*Quomodo exercitandus
 in primâ probatione. p. 124.
 r. 21. Mag. Nou.*
*In quibus instruendus.
 p. 135. r. 59. Mag. Nou.*

Quos

I N D E X.

Quos Coadiutores temporales admitti possint. p. 41.
r. 39. Prou.

Eorum vestes sint breuiores. p. 251. r. 6. Cust. vest.

Qualis eorum finis. p. 236. r. 1. qua prapcipua eorum cura. *ibid.* r. 2.

Quibuscum in recreatione versari debeant. p. 237. r. 3. otium fugiant. *ibid.* r. 4.

Cum foris nostros comitatur. obseruanda. *ibid.* r. 5.

Reliquos omnes reuerentur, maximè Sacerdotes. p. 238. r. 6.

Paupertatis sint memores. *ibid.* r. 7.

Doctrina Christiane inter sint. p. 239. r. 8.

Erga proximos quomodo se gerent. *ibid.* r. 9.

Libris utantur iis solum quos Superior concesserit. *ibid.* r. 10.

Prompti sint ad officia sibi credita. *ibid.* r. 11.

Participes sunt omnium bonorum operum & Indulgentiarum. *ibid.* p. 240.

Cœna.

Eius hora. pag. 85. r. 52. Prou. & p. 104. r. 50. Rect.

Comœdiæ & Tragediæ.

Vide p. 46. r. 58. Prou.

Communio.

Vide Eucharistia.

Concio.

In domesticis concionibus de sui abnegatione crebrò tractandum. p. 13. r. 18. sum.

Cum in Templo habetur audienda. p. 24. r. 2. com.

In ecclesiâ assiduè, aliando in plateis habeatur. p. 81. r. 39. Prou.

Quando in refectorio. p. 104. r. 54. Rect.

Designandi qui de eâ iudicent. pag. 177. r. 23. Prou. Eccl.

Horam non excedat. pag. 178. r. 24. & pag. 201. r. 23.

Concion.

Concionari

Sine approbatione nemo potest. p. 25. r. 6. com.

Prappositus, & Rector aliquando potest. pag. 84. r. 48. Prou. & p. 109. r. 69. Rect.

Concionandi modus obseruetur à Prouinciali & quando ab eo munere nostros amouebit. p. 57. r. 98. Prou.

Quàm frequenter concionandum. *ibid.* r. 99.

Concionatores

Sacerdotum Regulas diligenter obseruent. p. 197. r. 1. Conc.

Qua media adhibebunt

S S ad

INDEX.

- ad animarum salutem. ibi-
dem. r. 2.
- Sint ceteris exemplo. ibid.
r. 3.
- Lectiōi sacra Scriptura
incumbant. ibid. r. 4.
- Qua illos adiuuabunt ad
concionandum p. 198. r. 5.
- Corrigi optent. ibid. r. 6.
- Paratos se exhibeant ad
pueros instruendos. ibid. r. 7.
- Volenti alij concionari li-
benter cedant. ibid. r. 8.
- Vtilitatem auditorum
curent. ibid. r. 9.
- Qua commendare de-
beant. ibid. r. 10. & p. 199.
r. 11.
- Nullum in particulari
reprehendant. p. 199. r. 12.
- Nec tacitè Religiosos. ibi.
r. 13.
- Parum confirmata, du-
bia, & incerta, populo non
proponant. ibid. r. 14.
- A Superiore accipiant
modum res populo denun-
tandi, &c. ibid. r. 15.
- Facetias & similia fu-
giant. p. 200. r. 16.
- Dicenda prameditabun-
tur. ibid. r. 17.
- Arrogantiam & osten-
tationem fugiant. ibid. r. 18.
- Populum mouere curent.
ibid. r. 19.
- Quaestiones quomodo pro-
ponenda. ibid.
- Verborum lenocinia &
quod saculare redolet, fu-
giant. p. 201. r. 20.
- Ab exaggerationibus ab-
stineant. ibid. r. 21.
- Quos corporis gestus,
quemq; vocis tenorem ser-
uabunt. ibid. r. 22.
- Hora spatium non exce-
dant. ibid. r. 23.
- Cum foras mittuntur
equum pro sarcinis ne ha-
beant. ibid. r. 24.
- In hospitio, victu, viatico
quid obseruare deberent. ibi.
r. 11.
- Quomodo constituendi,
p. 38. r. 26. Prou.
- Confessarius
- Vnus sit omnium nostro-
rum, si fieri potest: sin minus,
quisque suum stabilem ha-
beat. p. 9. r. 6. sum. & p. 24.
r. 3. com.
- Proprio conscientia ape-
rienda, si quis a teri confes-
sus fuerit. p. 9. r. 7. sum.
- Et poenitentia detegenda.
p. 23. r. 48. sum.
- Non desint confessarij in
Ecclesiâ, nec ad externos au-
diendos. p. 82. r. 40. Præp.
- Eorum constitutio. p. 38.
r. 26. Prou. & pag. 74. r. 8.
Præp. & p. 93. r. 7. Recit.

Ma-

I N D E X.

Maturioris sint atatis, & priuilegiis moderatè utantur. p. 57. r. 100. Prou.

Vide *Sacerdotes.*

Confessio

Generalis facienda in Societatis ingressu, deinde sexto quoque mense. p. 8. r. 5. sum.

Et à *Professis, & Coadiutoribus formatis semel in anno.* p. 9. r. 5. sum.

Particularis, à non Sacerdotibus, octauo quoque ac Statuto die. p. 24. r. 3. com.

Ad eam proximis exci- tandus à nostris. p. 30. r. 42. com.

Confessiones Religiosarum aliquando audiri à nostris possunt. p. 83. r. 47. Prap.

Vide *Sacerdotes.*

Conformitas.

Conformitas, & mutua unio diligentissimè curanda. p. 20. r. 42. sum.

Confraternitates.

Quomodo cum eis agendum. p. 58. r. 103. Prou.

Congregatio.

Eius statuta còdere. p. 208. r. 22. Missio.

Confanguinei

Et amici quomodo à No- uitiis alloquendi. p. 133. r. 52. Mag. Nou.

Conscientia

Bis quotidie examinanda. p. 24. r. 1. com.

Eius ratio Superiori reddenda sexto quoque mense. p. 19. r. 40. sum. & p. 24. r. 4. com. & p. 77. r. 23. Prap. & p. 97. r. 22. Rect.

Instructio ad eius ratio- nem reddendam. p. 144.

Necessitas, & modus red- dendi. p. 145.

Defectus tunc aperiendi. ibid.

Quatuordecim capita re- rum de quibus eius ratio reddi debeat. ibid. & p. 146. & 147.

Modus accipiendi con- scientia rationem. pag. 65. r. 131. Prou.

Consilium

Ab externis non peten- dum. p. 30. r. 40. com.

Constitutiones.

Earum necessitas. p. 7. r. 1. sum.

In earum absolutà obser- uatione nil prætermitten- dum. p. 12. r. 15. sum. & p. 24. r. 52. eiusd. & p. 77. r. 22. Prap. & p. 97. r. 21. Rect.

Et regula sciendæ, saltè- que ad quemlibet pertinent. p. 24. r. 52. sum.

Et similes libri non com- municandi

I N D E X.

- municandi externis. p. 29. r. Quid circa litteras ad Superiores mittendas obseruabunt. ibid. r. 10.*
 Consuetudines
Approbata seruanda, noua Possunt aliorum litteras non introducenda. p. 73. r. 5. cum suis mittere ad Generalem. ibid. r. 11.
 Consultores
Deligi possunt à Prouinciali ut à Generali confirmantur. p. 38. r. 25. Prou. Superioris existimationem tueantur. ibid. r. 13.
Quot & ubi eos Prouincialis habeat. p. 35. r. 11. eiusdem. Constituciones, & regulas familiares sibi reddant. pag.
Eorum officium quanti sit momenti. p. 154. r. 1. Consult. Quo modo, & exemplo in omnibus bonum commune pra oculis habeant, & in suo sensu non nimis abundant. ibid. r. 2.
Sinceram habeant intentionem; caritatis & obedientiae memores, sententiam dicant. ibid. r. 3.
Quomodo se habeant inter se. ibid. r. 4.
Benè intelligant rem cõsultandam. p. 155. r. 5.
Breuitè explicent rationes suae sententiae. ibid. r. 6.
Quomodo se gerant postquam Superior aliquid stauerit. &c. ibid. r. 7.
Proponant utilia, licet non interrogentur. ibid. r. 8.
Nil aliis significabunt. p. 156. r. 9.
Quo modo, & exemplo suum munus exequantur. ibid. r. 15.
Conualescentes. Quid circa eos agendum. p. 246. r. 11. Infirm.
Coquus Munditiam in se & aliis curet. p. 257. r. 1.
Digitis non contrectet que ad mensam portanda sunt. ibid. r. 2.
Cibos quo tempore paratos habeat. ibid. r. 3.
Qualitas & quantitas portionum. ibid. r. 4.
Infirmario tantum aliqua parare sinat. ibid. r. 5.
Rerum catalogum habeat. ibid. r. 6.
Non nisi necessaria insunt. ibid. r. 7.

Que

I N D E X.

- Qua supersunt, conserua-* *bil dabit. ibidem.*
bit. p. 258. r. 8. *Vestes coadiutorum sint*
Adiutores adificet. ib. r. 9. *breuiore. ibid.*
Corpus. *Linei panni lotori scripto*
Eius castigatio non sit im- *dabit. ibid. r. 7.*
moderata. p. 23. r. 48. sum. *Subucula signis internof-*
Correctio *cantur. p. 252. r. 8.*
Mutuo faciendâ. p. 10. *Pannos lineos utendos*
r. 10. sum. *numeratò det & recipiat.*
Modus in eâ seruandus. ibid. r. 9.
p. 79. r. 28. Prop. & p. 98. *Quando linea munda di-*
r. 26. & 27. Rectoris. *stribuet, aduertat, an omnia*
Cubiculum *recipiat. ibid. r. 10.*
Quomodo claudi debeat. *Linteamina munda pro*
p. 25. r. 11. com. *lectis quando distribuet. ibid.*
Ab eo non nisi decenter *r. 11.*
vestiti egrediantur. ibid. *Dari mutuo, vel dispescari*
r. 13. com. *Nil potest inscio Superior-*
Verrendum tertio quoque *re. p. 15. r. 26. sum.*
die. p. 26. r. 18. com. *Defectus*
In alienum quomodo in- *Extra confessionem nota-*
grediendum. p. 29. r. 33. com. *ti, Superiori manifestandè*
Custos vestium *sunt. p. 10. r. 9. sum.*
Seruet omnem supellecti- *Aperiendi in reddendâ*
lem. p. 250. r. 1. Cust. vest. *ratione conscientie. p. 144.*
Inuentarium rerum ha- *& 145.*
beat in libro. p. 251. r. 2. *Defuncti.*
Novas vestes à vetustio- *Eorum corpora preparan-*
ribus seiungat. ibid. r. 3. *da, & uno die in sepulcra te-*
Qua nouitij afferunt, se- *nenda. p. 247. r. 15. Infirm.*
paratim afferuet. ibid. r. 4. *& p. 179. r. 33. Pref. Eccl.*
Singulis mensibus cubi- *Quo vestitu sepeliendi.*
cula visitet. ibid. r. 5. *ibid. r. 34.*
Inspectat, qui vestibus in- *Pro eis Missa & orationes.*
digeant. ibid. r. 6. *p. 174. r. 5. eiusdem.*
Inconsulto Superiore ni-

Depo-

I N D E X.

- Deposita *possit.* p. 40. r. 38. *Prou.*
Saltem pecunia, non ad- *In regulis.* p. 33. r. 7. *Prou.*
mittenda. p. 87. r. 69. *Præp.* & p. 74. r. 11. *Præp.* & p. 94.
 & p. 107. r. 64. *Rect.* r. 10. *Rect.*
- Deus *Cum promouendis ad*
In omnibus quarendus, *gradus.* p. 47. r. 63. *Prou.* &
 & *in creaturis amandus.* p. 102. r. 42. *Rect.*
 p. 13. r. 17. *sum.* *Dispensator*
In aliis, ut in illius ima- *In rebus distribuendis*
gine, agnoscendus. pag. 16. *Superioris ordinē sequatur,*
 r. 29. *sum.* & *infirmorum curam ha-*
beat. p. 253. r. 1. *Disp.*
- Dimissio. *Quomodo vinum aquā*
Iudicium de causis ad *temperabit.* *ibid.* r. 2.
eam sufficientibus. p. 42. *Conseruet que supersunt.*
 r. 42. *Prou.* *ibid.* r. 3.
- Dimissus è Societate. *Res ad victum necessa-*
Quid cum eo Superiores *rias clausas custodiat.* *ibid.*
locales agere debeant. p. 91. r. 4.
 r. 81. *Præp.* & p. 111. r. 79. *Rect.*
- Quid illi declarandum* *Munditiam in omnibus*
circa vota simplicia, &c. *curet.* p. 254. r. 5.
 p. 43. r. 45. *Prou.* *Cibi quādo emēdi.* *ib.* r. 6.
Dimittere *Dolia concinnanda &*
Novitios, & quomodo *purganda curabit.* *ibid.* r. 7.
- Prouincialis possit.* p. 41. *Doctor.*
 r. 40. & p. 42. r. 41. *Prouin.* *Vide Magister.*
Alios non nisi in aliqui- *Doctrina.*
bus casibus *ibid.* *Professos &* *Doctrina differentes non*
formatos nullo modo Pro- *admittēda.* p. 20. r. 42. *sum.*
uincialis dimittat. *ibi.* r. 43. *Doctrina Christiana.* p.
 49. r. 71. *Prou.*
- Observanda circa modum* *Quomodo docenda.* p. 81.
dimittendi p. 43. r. 44. r. 39. *Præp.* & p. 131. r. 45.
Dispensare *Mag. Nou.*
- Circa studia in secundo* *In eā Novitij exercendi.*
anno probationis, quomodo p. 128. r. 35. *Mag. Nou.*
Do-

I N D E X.

- Domus. *domus à peregrinis petenda.*
Eà non egrediendum nisi p.148. r.4. Pere. & p.216,
cum socio à Superiore assignato. p.30. r.43. com. & p. r.4. Proc.dom.
 91. r.84. Prap. & p. III. r.82. *Eius arcula non sit in no-*
 Rect. *strà Ecclesià.* p. 176. r. 15.
Ad eam se quisque reci- *Qua Superioribus pra-*
piat ante noctem, nec ante *scribenda.* p.56. r.96. Prou.
lucem egrediendum. p.31. *Emptor*
 r.47. com. *Bona & commodissimo*
 Domus Probationis. *pretio tēpestiue emat.* p.252.
Quotidianus ordo in eà r.1. Emp.
seruandus. p.137. r.68. Ma- *Adnotet pecuniam ac-*
 gist. Nouit. *ceptam & expensam, &*
 Domus professà *Procuratori rationem quo-*
Redditibus collegiorum *tidie reddat.* p.253. r.2.
non nisi in minimis utatur. *Curet edificare eos qui-*
 p.87. r.65. Prap. & p.106. *bus cum agit.* *ibid.* r.3.
 r.61. Rect. *Eucharistia*
In eà zelus animarum, *Post confessionem genera-*
perfectio, & instituti puritas *lem, & octauo quoque die*
elucescere debet; qua circa fi- *sumenda.* p.9. r.6. sum.
nem ipsum, & usum medio- *Scholastici non nisi octauo*
rum versatur. p.81. r.37. *quoque die in festis solem-*
 Prap. *nioribus & in Ecclesià illam*
 Donata. *sumant.* p.100. r.34. Rect.
 Vide Bona. *& p.103. r.46. eiusd.*
 Dormire. *Sacularibus moderatè*
Quomodo dormiendum. *permittenda.* p.196. r.26.
 p.25 r.12. com. *Sacerd.*
 Eleemosyna. *Circa ea quid Ecclesiæ*
 Vide p.243. r.19. *Ædit.* & *Præfatus curabit.* p.176.
 p.176. r.14. Præf. Eccl. & *r.16. Præf. Eccl.*
 p.217. r.7. Proc. dom. & p. *Nostri separatim ab ex-*
 249. r.9. & II. Ianit. *ternis communicent.* *ibid.*
Quomodo à Procuratore r.17.

Quando

I N D E X.

- Quando agroti commu-
nicabunt. pag. 246. r. 13. In-
firm.
- Examen conscientie
Bis quotidie faciendum.
p. 9. r. 6. Sum. & p. 24. r. 1.
com.
- Examinator
Admittendorum in So-
cietatem qualis esse debeat.
p. 112. r. 1. Exa.
- Dotes petentium Societa-
tem agnoscat. p. 113. r. 3.
- Ineptos statim dimittat. ib.
- Superiori referri curet
quid Patres de admittendo
sentiant. ibid. r. 4.
- Quid faciet cum is qui in-
gredi cupit, nemini satis est
notus. ibid. r. 5.
- Prudenter interroget de
impedimentis essentialibus.
p. 114. r. 6.
- Vno detecto, ulterius non
progrediatur. ibid. r. 7.
- Si tale impedimentum
non adsit, de quibus eum
postea interrogabit. ibid. r. 8.
&c.
- Reliqua sui officij unde
petenda. p. 116. r. 16.
- Eadem interrogandi for-
ma alij Patres utantur. ibid.
reg. 17.
- Excitator
Quo tempore cubitum
ibit, & quo alios excitabit.
Horologium habeat. p. 258.
r. 1. Excit.
- Cubicula rursus visitet.
ibid. r. 2.
- Ad initium & finem
orationis signum dabit. ibi. r. 3.
- Adiutores Excitatoris
Regulas seruent. ibid. r. 4.
- Minus modestè dormien-
tes ad Superiorem referat.
p. 259. r. 5.
- Exercitia
Mentalia externis inter-
rumpenda. p. 22. r. 47. sum.
- Spiritualia Societatis ex-
ternis non communicanda.
p. 30. r. 39. com.
- A quo tradentur. p. 82.
r. 41. Prop. & p. 108. r. 67.
Recf.
- Sint primum experimen-
tum iis qui sunt in primâ
probatione. p. 124. r. 23. Mag.
Novit.
- Quomodo tradi debeant.
p. 127. r. 28. eiusd.
- Eorum usus, Sacerdoti-
bus sit valde familiaris. pag.
192. r. 7. Sacerd.
- Expensæ
Itinerum, Vide p. 61.
r. 116. Prouin.
- De extraordinariis, Pro-
uincialis monendus. p. 88. r.
68. Prop. & p. 107. r. 63. Rec.
Ex-

I N D E X.

- | Experimenta. | Fundatores. |
|--|--|
| <i>In eis cum fructu nouitij exerceantur.</i> p.126.r.27. | <i>Eis gratitudo exhibenda.</i> p.90.r.78. Prap. & p.110. r.76.Reft. |
| <i>Magist.Nouit.</i> | |
| <i>Prouincialis ea permutare & tēpus probationis prorogare potest.</i> p.40.r.37.Prou. | <i>Candela illis danda.</i> p.175.r.9.Praf.eccl. |
| <i>Nullum permutabit Magister Nouitiorum in scio Prouinciali.</i> p.129.r.37.Magist.Nouit. | <i>Funus.</i> Vide p.180.r.35.Praf.eccl. Generalis. |
| <i>Omnia intra annum nouitij absoluant.</i> ibid. r.38. | <i>Quomodo erga eum se gerat Prouincialis.</i> p.55.r.91. Prou. |
| <i>Alia fieri & ordinaria repeti à nouitiis possunt.</i> ibid. r.39. | <i>Ei omnia prouincia manifestanda.</i> ibid. r.92. |
| | <i>Eius morte cognitā, quid aget Prouincialis.</i> p. 60. r.113. |
| Externi. | |
| <i>Cum illis quomodo domiloquendum.</i> p.29.r.36.com. | <i>Ab eo approbata à Prouinciali in libro scribenda.</i> p.67.r.135. |
| <i>Adeos littere vel mandata non deferenda.</i> ibid. r.37. | <i>Ad eum quando, quid, & quomodo scribent Superiores.</i> p.160.r.7.8.9.10. & 11. for. scrib. |
| <i>Illis res domestica non referenda.</i> ibid. r.38. | <i>Ad eos quando Generalis.</i> p.161.r.12. |
| <i>Quales & quando domipernoctabunt.</i> p. 91. r. 83. Prap. & p.111.r.81.Reft. | Gradus. |
| <i>Qui ex nostris se illis communicare debeant.</i> p. 56. r.97.Prou. | <i>In vno incorporatus ad alium progredi nemo curet.</i> p.14.r.20.sum. |
| <i>Vide Constitutiones.</i> | <i>Ad indifferentiam ad illos nostri voto obligantur.</i> p. 122.r.15.Mag.Nou. |
| <i>Factiones.</i> | Hospitale. |
| <i>Vide Animus.</i> | <i>In eo dormire & cibum</i> |
| <i>Fundationes.</i> | T |
| <i>Vide p.52. r.81. Prouinc.</i> | cape- |

INDEX.

- capere. Vide p. 127. r. 29. *nuam. ibid. r. 5.*
- Mag. Nou.
- Hospites.
- Quomodo circa eos, & *Quid faciet cum quaruntur qui domi non sunt. ib. r. 6.*
- transientes, Superiores se *Quem conuersandi motum tenebit. p. 249. r. 7.*
- habebunt. p. 91. r. 82. & 83. *Cum facultate vocet nostros ad loquendum. ib. r. 8.*
- Prap. & p. III. r. 80. & 81. *De eleemosynis Superioris mentem intelligat. ibid. r. 9. & 11.*
- Rect.
- Hospitium.
- Vbi nostri sunt, non nisi *Curet ut aliquis Sacerdos Pralatam domum ingressum, comitetur. ibid. r. 10.*
- ad nostrum diuertendum. p. 31. r. 48. com. *Cum pauperibus benignè se habeat. ibid. r. 11.*
- Eo quando externi excipiendi. p. 91. r. 83. Prap. & *Mulieres paucis dimittat, vel ad Aedituum remittat. ibid. r. 12.*
- p. III. r. 81. Rect.
- Humilitas.
- Omnes in internam humilitate se conseruent. p. 15. r. 29. sum. *Ianua sit semper obserata. ibid. r. 13.*
- Ianitor
- Admonendus quod eundem est. p. 31. r. 46. com. *Portas quando claudet, clauis Superiori tradat. p. 250. r. 14.*
- Nomina nostrorum prope ostium scripta esse curet. Neminem exire sine facultate permittat. *Nihil externorum custodiat. ibid. r. 15.*
- ibid.
- Quod eant intelligat. p. 248. r. 1. Iani. *Veniente medico signum dabit. ibid. r. 16.*
- Nil intempestiue nuntiabit. *Et pro scholarum initio ac sine. ibid. r. 17.*
- ibid. r. 2.
- Litteras Superiori tradat. *Ianua.*
- ibid. r. 3. *Non nisi consueta domus ianuam egrediendum, &c. p. 31. r. 45. com.*
- Quid agat cum nostri peregre veniunt. *Ea sit semper obserata. p. 249. r. 13. Ianit.*
- ibid. r. 4.
- Dato signo festinet ad ia-

Quan-

I N D E X.

Quando claudenda, eius dinem perfectè obseruet.
 clauēs Superiori tradenda. *ibid.* r. 8.

ibid. r. 14.

Impedimenta.

Circa illa quid Prouincialis aget, & quomodo dispensabit. p. 40. r. 35. & 36.
 Prou.

Indifferentes

Non interrogandi in conferentiis. p. 135. r. 60. Mag. Nouit.

Intra biennium ad certum gradum applicandi. p. 48. r. 67. Prou.

Infirmarius

Infirmorum curam habeat, & Praefectum & Superiorem admoneat. p. 244. r. 1. *Infr.*

Quando vnus aut plures medici vocandi. *ibidem*,
 reg. 2.

Res agrotorum sint benè preparatae. p. 245. r. 3.

Eorum cubicula sint munda, &c. *ibid.* r. 4.

Ægrotos consoletur, & quos ad il libros habeat. *ibid.* r. 5.

Quos uocabit ad eos inuendos. *ibid.* r. 6.

Medicinalia necessaria habeat. *ibid.* r. 7.

Medici praescripta & or-

Notet horam quā febres agrotum corripiant, & deserant. p. 246. r. 9.

Supellex infirmorum quādo separanda. *ibid.* r. 10.

Quid aget circa conualescentes. *ibid.* r. 11.

Patienter ferat molestias in curandis infirmis, sed sua saluti consulat. *ibid.* r. 12.

Quando agroti communicabunt. *ibid.* r. 13.

Admoneat ut agrotus orationibus iuuetur. p. 247. r. 14.

Defunctorum corpora praeparet, & vno die insepulta teneantur. *ibid.* r. 15.

Praefecto sanitatis obediat. *ibid.* r. 16.

Institutum

Intelligendum, & ex quā lectione cognoscendū. p. 76. r. 18. Prap. & p. 96. r. 17. Rect.

Instrumenta musica

Domi non habenda. p. 81. r. 36. Prap. & p. 100. r. 36. Rect.

Intentio

Recta in omnibus curanda. p. 13. r. 17. sum.

Ire.

Aperiendum quod eundem est, & cuius rei causa, a eundem

T 2

eadem

I N D E X.

eadem die Superiori referendum. p. 30. r. 44. com.

I t e r

Facientes obseruent regulas Peregrinorum suo modo, & patentes litteras habere curent. pag. 150. r. 12. P. regr.

Longum facientes amplectendi. p. 29. r. 34. com.

Quas vestes portabunt, & quis expensas soluet. p. 92. r. 87. Prap. & p. 112. r. 85. Rect.

Curandum ut nostri pedestri itinere utantur. p. 61. r. 115. Prou.

I u d i c i u m

Proprium iudicio Superioris contrarium, nullâ ratione demonstrandum. p. 17. r. 32. sum.

Quomodo abnegandum. ibid. r. 31. & p. 18. r. 35. eiusd.

Iudiciorum diuersitas euitanda. p. 20. r. 42. sum.

I u m e n t u m

Equitandi causâ, in Domino professâ nullum sit. p. 88. r. 71. Prap.

L e c t u s

Operiendus cum primùm quis surgit, & postea componendus. pag. 26. reg. 18. com.

L i b r i

Sine Generalis consensu non imprimendi. p. 21. r. 42. sum. & p. 47. r. 60. Prou.

Sine facultate non habendi, nec in illis nota ulla imprimenda. p. 25. r. 8. com.

Lasciui domi non habendi. p. 81. r. 36. Prap. & p. 100. r. 36. Rect.

Vide Praefectus bibliothecae.

L i n g u a

Regionis, in quâ quis residet addiscenda. p. 25. r. 10. com.

Latina promotio, eiusq; seminaria. p. 44. r. 50. Prou.

Aliarum studium & Hebraeae usus. ibid. r. 51.

L i t e s

Forenses fugienda. p. 87. r. 67. Prap. & p. 107. r. 62. Rect.

Quid circa eas procurator faciet. p. 223. r. 14. & 16. Procur. Coll. & p. 211. r. 5. Proc. Gener. & p. 51. r. 77. Prou.

L i t t e r a e

Non sine facultate scribenda, & prius ostendenda. p. 19. r. 39. sum. & p. 80. r. 35. Prap. & p. 100. r. 35. Rect.

Non deferenda ad externos. p. 29. r. 37. com.

C u m

I N D E X.

Cum litteris patentibus nostri mittendi. p.91. r.85. Prap. & p.111. r.83. Rect.

Venientes sine eis non admittendi. p.91. r.81. Prap. & p.111. r.79. Rect.

Littera annua ad Generalem mittenda, & Roma una conficienda. p.165. r.27. form. scrib.

Ordo in eis seruandus. p.166. r.28.

Et de quibus rebus agendum. *ibid.* r.29.

Plenissima sed sine prolixitate, & proximorum offensione scribenda. p.168. r.30.

Ex urbe missa statim legantur. Coadiutoribus explicentur, & in principia domo afferuntur. *ibid.* r.31.

Vide Scribere.

Loqui.

Demissa voce loquendum. p.28. r.28. com.

Cum externis domi quomodo loquendum. p.29. r.36. com.

Magister.

Ne eius & Doctoris nomine, ratione gradus, nostri utantur. p.47. r.64. Prou.

Magister Nouitiorum

Quando constitui possit à Prouinciali p.37. r.23. Prou.

Curet ut in dies instrumentum aptius reddatur. p.117. r.1. Mag. Nou.

Amabilem se praestet vitæ integritate, ac discretionem. *ibid.* r.2.

In domibus separatis habebit regulas & facultates Rectorum. *ibid.* r.3.

Quos socios habebit. *ib.* r.4

In domo coniunctâ Collegio, &c. cui erit subordina- tus. *ibid.* r.5.

Mensa ipsi & nouitiis designanda. *ibid.*

Quomodo poenitentias tunc imponet. p.118. r.6.

Habeat potestatem absol- uendi à reseruatis. *ibid.* r.7.

Versatus sit in lectione li- brorum spiritualium. *ibid.* r.8.

Quos libros nouitiis legen- do tradet. *ibid.*

Catalogus librorum ad suum usum. p.119.

Notet diem ingressus No- uitiorum simulq; declaret, an ut Coadiutor, aut indifferens sit admissus. p.126. r.26.

Curet, ut Nouitijs cum fru- ctu in experimentis exer- ceantur. *ibid.* r.27.

Videat, an expediat Noui- tios dormire in hospitali- bus

I N D E X.

- bus & ibi cibum capere. p. 127. r. 29.*
- Ne nostri morbi periculo exponantur, neve ingrediantur, ubi mulieres habitare solent. ibid. r. 30.*
- Aduertat ut peregrinatio sine notabili detrimento imbecillum, & quo tempore ac modo fiat. ibid. r. 32.*
- Quid aduertet in quarto experimento. p. 128. r. 33.*
- Cum illud sit extradomum, sit qui Nouitiorum curam gerat, & in recreatione sint separati. ibid. r. 34.*
- In docenda doctrina Christiana Nouitios exercendos curabit. ibid. r. 35.*
- Qui probandi in predicatione & confessionibus audiendis. p. 129. r. 36.*
- Non permutet aliquod experimentum inconsulto Prouinciali. ibid. r. 37.*
- Omnia experimenta intra annum absoluantur. ibid. r. 38.*
- Alia experimenta fieri, uel eadem repeti possunt. ibi. r. 39.*
- Mortificationes publicae. p. 130. r. 40.*
- Nouitij inuentur ad mortificationem vestitus ratione, & an cum vestibus seculari incedere sint permittendi. ibid. r. 41.*
- Occasionem illis prebeat exercendi obedientiam & paupertatem. ibid. r. 42.*
- Lectiones fiant de rebus instituti & quomodo. p. 131. r. 44.*
- Explicetur doctrina Christiana, ac modus in Sacramento, Missa, oratione & lectione tenendus. ibid. r. 45.*
- Quarum rerum crebro Nouitios admonebit. ibid. r. 46.*
- Omnes perspectos habeant, & rationem ab unoquoque sua uiter exigat. p. 132. r. 47.*
- In regulis modestia nouitios diligenter instituat. ibid. r. 48.*
- Quam rationem exigat rerum spiritualium. ibid. r. 49.*
- Quando aliquem expedit alio transferri, Prouincialem admoneat. ibid. r. 50.*
- Quid curandum cum in eodem cubiculo simul habitant. ibid. r. 51.*
- Quomodo permittendum Nouitiis, ut consanguineos alloquantur. p. 133. r. 52.*
- Qui-*

I N D E X.

Quibus Nouitij non assignandi in socios. *ibid.* r. 53. Interrogandi. *ibid.* r. 64.

Non habeant officia publica. *ibid.* p. 137. r. 66. Examen scripto constet.

Videat an eis assignandi sint, qui cum eis loqui possunt. *ibid.* r. 54. Medicus Non consulendus sine facultate, nec medicina sumenda. p. 26. r. 17. com.

Quâ facultate Nouitij intra biennium vota emittere, & quomodo possint. *ibid.* r. 55. Eo veniente signum datur. p. 250. r. 16. Ianit. Quando vnus vel plures vocandi. p. 244. r. 2. Infirm.

De inutilibus ad Prouincialem quando scribet. p. 134. r. 56. Mensa.

Vota in fine biennij quâ facultate & preparatione emitti curabit. Emissa, quâ declaratione subscribenda. *ibid.* r. 57. Cùm in eâ aliquid cuiquam deest, vicinus admo- neat. &c. p. 29. r. 35. com.

Coadiutores temporales in quibus instruet. p. 135. r. 59. Illius benedictio, & gratiarum actio. p. 16. r. 30. sum. & p. 85. r. 53. Præp. & p. 104. r. 51. Rect.

Eos, & indifferentes non interroget in conferentiis. *ibid.* r. 60. Ordo in eâ seruandus, & Superior, aut Minister prima adsit. p. 85. r. 54. & 55. Præp. & p. 104. r. 52. & 53. Rect.

Quando & quomodo ad Collegia mittentur. *ibid.* Minister.

Quando Nouitij liberi erunt à lectionibus, conferentiis, & tonis. p. 136. r. 61. Eius officium quale. p. 150. r. 1. Min.

Dies vacationis in hebdomadâ. *ibid.* r. 62. Omnium officialium regulas, &c. legat & obseruari curet. *ibid.* r. 2.

Litteras Apost. regulas, &c. sexto quoque mēse quisque consideret. *ibid.* r. 63. Officiales & cubacula visitet. p. 151. r. 3.

De quibus sunt deinde Successores in officiis à prædecessoribus instrui curet. *ibid.* r. 4.

I N D E X.

- Qua circa vestitum sient. licentiâ, sacularia omnino
ibid. r. 41. fugienda. p. 30. r. 41. com.*
- Mulieres *Quâ directione tractan-
da. p. 31. r. 48. com.*
- Quando inuisenda, & ad eas scribendum. p. 89. r. 72.*
- Præp. & p. 109. r. 70. Rect.*
- Nomina
- Domum non ingredian-
tur. p. 89. r. 73. Præp. & comm.*
- p. 109. r. 71. Rect.*
- Propria signanda ab egre-
dientibus Domo. p. 31. r. 46.
- Obedientia
- Nec etiam Religiosarum
nostri curam habeant: illa-
rum tamen confessiones ali-
quando audire possunt. p. 83.
r. 47. Præp. & p. 108. r. 68.
Rect.*
- Perfectè seruanda. p. 16.
r. 31. & pag. 17. r. 33. & p. 18.
r. 35. sum. & p. 77. r. 21.
Præp. & p. 97. r. 20. Rect.*
- In eâ ut cadauer, vel ba-
culû se quisque gerat. p. 18.
r. 36. sum.*
- Earum locus in Templo
separatus. p. 178. r. 25. Præf.
eccl.*
- Ob eam littera etiam in-
choata relinquenda. ibid.
r. 34.*
- Quomodo extra confes-
sionem alloquenda. p. 194.
r. 17. Sacerd.*
- Vide etiam p. 26. r. 15.
comm.*
- Vide Sacerdotes.
- Mundities
- Epistola B. P. N. Ignatij
de Obedientia virtute.
p. 260.*
- In omnibus curanda. p. 260.
- Mundus.
- Officiales.
- Subordinatis etiam offi-
cialibus perfectè obedi-
endum. p. 19. r. 38. sum.*
- Contraria iis, quæ sequi-
tur, amanda & exoptanda.
p. 11. r. 11. sum.*
- Vacuum illis tempus uti-
liter expendant. p. 74. r. 7.
Præp. & p. 93. r. 6. Rect.*
- Nationes
- Officium.
- Diuersa peculiari affectu
prosequenda. p. 28. r. 30.
comm.*
- Abiectû & humile prom-
ptius suscipiendum. p. 12.
r. 13. sum.*
- Negotia
- Pia non suscipienda sine*

Offi-

I N D E X.

*Officia caritatis & hu-
militatis deuotè obeunda.*
p.13.r.19.sum.

*In alienum nemo se inge-
rat, nec in locum huiusmodi
officio deputatum ingredia-
tur.* p.29.r.32.com.

*Officia domestica à Sacer-
dotibus & Superioribus ali-
quando obeunda.* p.80.r.34.
Præp. & p.100.r.33.Rect.

Operarij.

*Nil illis necessarium de-
sit.* p.83.r.44.Præp.

Oratio.

Eius tempus. pag.24.r.1.
com.

*Obseruandum, num om-
nes illi vacent.* pag.84.r.50.
Præp. & p.103.r.47. Re-
storis.

Ordinationes.

Vide p.76.r.17.Præp. &
p.35.r.13. & p.36.r.14. &
18.Prou.

Ordines.

Qui ad eos presentandi.
p.47.r.61.Prou.

Otium

Fugiendum. p.21.r.44.
sum.

Parentes.

*Inordinatus in illos affe-
ctus exuendus, & in spiri-
tuale conuertendus.* p.9.
r.8.sum.

Paupertas

*Vt murus Religionis &
mater diligenda & conser-
uanda: eius effectus suis
temporibus experiendi.* p.14.
r.23. & 24.sum.

In victu & vestitu. p.15.
r.25.sum.

Pecunia

Nec apud alios habenda.
p.25.r.7.com.

*Pecunia deposita non ad-
mittenda.* p.88.r.69. Præp.
& p.107.r.63.Rect.

*Quomodo ab officialibus
tenenda.* p.178.r.29. Præf.
eccles. & p.221.r.5. Proc.
Coll.p.217.r.8.Proc.domus.
& p.213.r.12.Proc.Gener.

Peregrinatio

*Sine detrimento imbecil-
lium, & quo tempore ac mo-
do facienda.* p.127.r.32.
Mag.Nou.

Peregrini

Finis peregrinationis. p.
147.reg.1.Pereg.

*Litanias vel Itinerarium
dicant, & alias Regulas ser-
uent, quantum iter permit-
tit.* p.148.r.2.

Christum sibi comitem,

*& fructum in externis fa-
ciant.* ibid.r.3.

*Elemosynas quomodo
petent.*

I N D E X.

- petent. *ibid.* r. 4. annopetenda. pag. 23. r. 51.
- Indigentia & penuria sum. Tantum ordinaria imponenda, & quae sint p. 74. r. 10. Prap. & p. 94. r. 9. Rect. & p. 130. r. 40. Mag. Nou.
- probari exoptent, & iniurias patenter ferant. *ibid.* r. 5. Iter debiliū infirmitate commensuretur. p. 149. r. 6. Quid illis faciendum cum eorum quis in morbum incidere. *ibid.* r. 7. Ratio in eis habenda. p. 98 r. 26. Rect.
- Inuitati, verbis & exemplo adficient. *ibid.* r. 8. Publica danda pro publico defectu. p. 79. r. 29. Prap. & p. 99. r. 28. Rect.
- Sobrietatis & modestia numquam obliuiscantur. *ibid.* r. 9. Ab aliis, à Superiore designatis, approbati possunt. p. 79. r. 31. Prap. & p. 99. r. 30. Rect.
- De rebus & personis aliorum Collegiorum non nisi ad adificationem loquantur. *ibid.* r. 10. In eis tamen concedendis modus non excedatur. p. 80. r. 32. Prap. & p. 99. r. 31. Rect.
- Vbi erit Domus nostrorum, nil ab externis accipiant sine facultate Superioris. p. 150. r. 11. Quid in eis aduertendum. p. 131. r. 43. Mag. Nou. & p. 79. r. 27. Prap.
- Patentes litteras habere eurent. *ibid.* r. 12. Præceptor.
- Pœnitentiæ Quando illum ad tempus instituere possit. p. 102. r. 41. Rectoris.
- Nulla ordinaria ex obligatione in Societate. p. 8. r. 4. sum. Præfectus Bibliothecæ
- Cum approbatione Superioris assumenda, ab eo etiam imponi possunt. *ibid.* Indicem librorum prohibitorum habeat. p. 230. r. 1. Prap.
- Etiā ob defectum non culpabilem adimplenda. p. 18. r. 37. sum. Bibliothecam claudat. *ibid.* r. 2.
- Ob defectus aliquoties in Libri quo ordine collocandi. *ibid.* r. 3.
- Eorum tituli. *ibid.* r. 4.

Quos

I N D E X.

Quos catalogos librorum
habeat. *ibid.* r. 5. & 6.

Ex Bibliothecâ nullum
librum in scio Superiore da-
ibid. p. 231. r. 7.

Ea valdè munda sit &
bis in hebdomadâ verratur.
ibid. r. 8.

Qui libri emendi. *ibid.* r. 9.

Aliqui communiore sint
in publico. *ibid.* r. 10.

Qua in libro describenda,
iudicio Superioris. *ibid.* r. 11.

Quid circa libros, qui com-
modantur. p. 232. r. 12.

Præfectus Ecclesiæ.

Æditui Regulas habeat
& seruari curet. p. 174. r. 1.
Præf. eccl.

Quem illi singulis sabbat-
his catalogum dabit. *ibi.* r. 2.

Die sabbathi proponat
modum Sacra faciendi se-
quenti hebdomadâ. *ibid.* r. 3.

In altari maximo num-
quam desit Sacrum: nec plu-
ra in aliis simul inchoentur.
ibid. r. 4.

Curam habeat Missarum
& orationum pro defunctis,
&c. quarum duos catalogos
faciat & exponat. *ibid.* r. 5.

Qua scribi curabit in sche-
dulâ in sacristiâ assignandâ.
p. 175. r. 6.

Qua sacrificia à particu-
laribus facienda erunt, cui-
que significanda curabit.
ibid. r. 7.

Qua in libro scribet. *ib.* r. 8.

De candelâ fundatoribus
dandâ. *ibid.* r. 9.

Quid cum Sacra feri ex-
terni postulant. *ibid.* r. 10.

Externos ad Sacrum fa-
ciendum non nisi cum delectu
admittat. *ibid.* r. 11.

Quid circa Sacerdotum
Regulas, barbam & coronam
videbit. p. 176. r. 12.

Promouendos ad Sacerdo-
tium instrui curet; & vi-
deat, an omnes alij ad Roma-
num ritum se accommodent.
ibid. r. 13.

Ne ulla elemosyna pro
Sacris aut confessionibus ad-
mittatur. *ibid.* r. 14.

Nulla sit in Ecclesiâ ele-
mosyna arcula. *ibid.* r. 15.

Circa sanctissimum Eu-
charistia Sacramentum quid
curabit. *ibid.* r. 16.

Nostri separatim ab exter-
nis communicent. *ibid.* r. 17.

Quid circa Oleum san-
ctum & reliquias observa-
bit. *ibid.* r. 18.

Necessaria ad diuinâ cul-
tû nūquã desint. p. 177. r. 19.

Orna-

I N D E X.

- Ornamēta Altarium mutanda curabit. *ibid.* r. 20.
- Nil sine facultate petat ab externis ad Templum ornamendum. r. 21.
- Quid circa Templi infractionem. *ibid.* r. 22.
- Curet designari, qui de concionibus iudicent. *ibid.* r. 23.
- Concio horam non excedat. p. 178. r. 24.
- Mulierum locus in Templo separatus. *ibid.* r. 25.
- Ne Confessarij desint. *ibid.* r. 26.
- Admoneat Confessarios quando poenitentes communicare debeant in Parochiâ. *ibid.* r. 27.
- Officia & Vespera tono simplici fiant. *ibid.* r. 28.
- Quid aget cum aliquid erit petendum pro ecclesiâ: & quomodo pecunia tenenda. *ibid.* r. 29.
- Librum habeat dati & accepti. p. 179. r. 30.
- Panni linei sint mundi. corporalia quomodo lauentur. *ibid.* r. 31.
- Quos rerum ecclesia catalogos habeat. *ibid.* r. 32.
- Defunctus spatium diei naturalis decenter teneatur. *ibid.* r. 33.
- Quo vestitu nostri sepeliendi. *ibid.* r. 34.
- Funeri necessaria curabit. p. 180. r. 35.
- Præfectus lectorum ad mensam.
- Idoneos Lectores curet & instruat. p. 225. r. 1. Præf. lect.
- Prævidere faciat lectiones. *ibid.* r. 2.
- Eos in mensâ corrigat. *ibid.* r. 3.
- Socios habeat. *ibid.* r. 4.
- Qua ordinariè & quo ordine legi debeant. p. 226. reg. 5.
- Qua in festis celebrioribus. *ibid.* r. 6.
- Littera annua quàm prium legantur. *ibid.* r. 7.
- Regula initio mensis legantur. *ibid.* r. 8.
- Martyrologium quando legendum: & quid in die abstinentiæ. *ibid.* r. 9.
- Catalogus librorum, qui in Refectorio legi possint. p. 227. & 228.
- Præfectus Refectorij.
- Curet, ut Refectorij res mundissima sint. p. 254. r. 1. Præf. ref.
- Ne aqua manibus ablucendis,

I N D E X.

dis, & mantilia, bis in hebdomadâ munda, extergendis, desint. *ibid.* r. 2.

Mantilia, & mappa quando mutanda. p. 255. r. 3.

Vasa munda, &c. non desint. *ibid.* r. 4.

Paruam mensam praparet. *ibid.* r. 5.

Signum campanâ suo tempore dabit. *ibid.* r. 6.

Qua in primo signo, qua in secundo mensa apponentur. *ibid.* r. 7.

Qua parabit infirmis. *ibid.* r. 8.

Nec ientaculum, nec aliud dabit sine facultate. *ibidem.*

Quomodo praparet ad secundam mensam. *ibidem.* r. 9.

Qua supersunt cui tradet. p. 256. r. 10.

Notet in tabulâ qui cibum capiunt. *ibid.* r. 11.

Mensâ expeditâ, qua faciet. *ibid.* r. 12.

Minus modestos nozet. *ibid.*

Habeat catalogum eorum, qui ministraturi sunt in mensâ. *ibid.* r. 13.

Rerum etiam Refectorij. *ibid.* r. 14.

Ad finem recreationis signum dabit. *ibid.* r. 15.

Præfctus rerum spiritualium.

Qualis à Prouinciali eligendus. p. 38. r. 2. 4. Prou.

Rerum spiritualium & instituti cognitionem habeat. Exemplum prabeat, seqs amabilem exhibeat. p. 171. r. 1. Praef. rer. spir.

Nostros instruat. *ibid.* r. 2.

Quid à nostris petet.

ibid. r. 3.

Eos dirigat in rebus instituti & oratione. p. 172. r. 4.

Quid circa lectionem librorum spiritualium curabit. *ibid.* r. 5.

Curet solari afflictos, reprobos exhortari, remedia adhibendo; & qualia hac sint: & intelligat qua ipse concedere possit. *ibid.* r. 6.

Instruat coadiutores. *ibid.* r. 7.

Doceat omnes quomodo ad Sacramentum accedendum. p. 173. r. 8.

Singulis mensibus cum unoquoque de his agat. *ibid.* r. 9.

Videat ne studia & alia im-

I N D E X.

- impediantur. ibid. r. 10.*
- Peculiarem habeat curam Nouitiorum, nisi aliunde prospectum sit. ibid. r. 11.*
- Consuetudines approbatas seruet, nouas non introducat. ibid. r. 5.*
- Constituatur, qui domestica obeant ministeria. ibid. r. 6.*
- Præfectus sanitatis.*
- Eius munus. p. 229. r. 1.*
- Præf. san.*
- Infirmariopraesit, medicos adsit, Cubicula salubria curet. ibid. r. 2.*
- Videatur, ne quis semorbi periculo exponatur. ibid. reg. 3.*
- Superiorem admoneatur de iis, quae saluti profunt. ibid. r. 4.*
- Infirmarij Regulas habeat & obseruari faciat. p. 230. r. 5.*
- Idonei non facile mutentur. ibid.*
- Nec officiales labore grauentur: & vacuum illi tempus curet, ut utiliter impendant. p. 74. r. 7.*
- Domus Confessarium non designet. ibid. r. 8.*
- In virtute obedientiae raro inbeat. ibid. r. 9.*
- Ordinarias tantum poenitentias imponat. ibidem.*
- Dispensare in regulis, & quomodo possit. ibidem. r. 11.*
- Præpositus.*
- Qualis esse debeat. p. 72. r. 1. Præp.*
- Oratione Domum sustentat, & quod in aliis optare debet, in se præstare studeat. p. 73. r. 2.*
- Vitet particularia in cibo, &c. & familiaritatem. ibid. r. 3.*
- Intelligat quas habent facultates. p. 75. r. 13.*
- Sit sollicitus ne officio suo officiales desint. ibidem. r. 14.*
- Singulis hebdomadis de rebus maioris momenti cum consultoribus aget. ibidem. r. 15.*
- Illis auditis, suum erit statuere. p. 76. ibid.*
- Eos & admonitorem libenter audiat, & curet seruanda*

I N D E X.

uanda qua in formulâ scribendi præscribuntur. *ibid.* r.16.

Visitaciones & ordinationes in quo libro scribentur. *ibid.* r.17.

Institutum Societatis ex quâ lectione cognoscet. *ibid.* r.18.

In libellum referat qua sibi ad bonum domus Statum occurrunt. pag. 77. r.19.

Missas pro quibus applicare potest. *ibidem*, r. 20.

Obedientiam ab omnibus seruari curet. *ibid.* r.21.

Et obseruantia regularum, vigilantia eius erga domesticos. *ibid.* r.22.

Conscientia ratio, assignet qui audiant confessiones generales. *ibid.* r.23.

Crebrò subditos alloquatur. p.78. r.26.

In iniungendis penitentis quid aduertendum. p.79. r.27.

Modus in correctionibus seruandus. *ibid.* r.28.

Vnionem nostrorum curet. p.80 r.33.

De promouendis Prouincialem moneat p. 83, r. 45.

Procuratorem eleemosynarum habeat, & ab eo rationem exigat. p.86. r.59. & 60.

Quibus assignabit vel nõ assignabit adiutores, p.87. r.62.

De extraordinariis expensis Prouincialem admoneat. p.88. r.68.

Non permittat nostros in causis civilibus examinari. *ibid.* r.70.

Iumentum equitandi causa domi nullum sit. *ibid.* r.71.

E Societate dimissum, vel sine licentiâ venientem, non admittat. p.91. r.81.

De nostris loco mutandis Prouincialem admoneat. *ibid.* r.86.

Probatio prima.

Cum iis, qui in eâ sunt, non loquendum. p.28. r.27. com.

Ad eam admissus quanto tempore hospitum more diuersabitur. p.120. r.9. Mag, Nou.

Ei declarandum quomodo se gerere debeat. p.121. r.10.

Quos libros & regulas habebit. *ibid.* r.11.

Quando & quomodo examinandus. *ibid.* r.12.

V

Regu-

I N D E X.

- Regulas, &c. consideres. ibid. r. 13.*
- Ordo examinandi admissum. ibid. r. 14.*
- Qua magis illi explicanda. p. 122. r. 15.*
- Propensus ad studia, sed ineptus & indifferens, de qua re interrogandus. p. 123. r. 16.*
- Sincerè respondeat, & confessarius admonendus ut eius conscientiam stimulet. ibid. r. 17.*
- In interrogationibus seruetur secretum. ibidem, r. 18.*
- Promittat se relicturum omnia bona post annum ab ingressu, & quomodo. ibidem. r. 19.*
- Accuratè informetur de rebus nostri instituti, & pià lectione recreetur. ibidem, r. 20.*
- Coadiutores temporales in suà vocatione plenè instruendi, & aliquo exercitio corporali, seiuncti ab aliis, occupandi. p. 124. r. 21.*
- Scholastici quas lectiones prælegent, & exhortationem faciant. ibidem, r. 22.*
- Spiritualia etiam exercitia ut primum experimentum ibid. r. 23.*
- Admissus generaliter consecretur, & conscientiam suam Superiori aperiat, & qua deinde ei declarabuntur. ibid.*
- Post SS. Eucharistia Sacramentum susceptum, cum aliis in secundâ Probatione versetur. p. 125. ibidem.*
- Habitâ ratione valetudinis, &c. poterunt exercitia spiritualia illi differri. p. 125. r. 24.*
- Qua assert, Procurator in libro scribat. ibidem, r. 25.*
- Semelegressi, iterum admissi, probandi. p. 43. r. 46. Prou.*
- Probatio secunda, & Nouitij.**
- Qui in eâ sunt, cum fructu in experimentis exercentur. p. 126. r. 28. Mag. Nouit.*
- In hospitalibus per mentem seruire debent. p. 127. r. 29.*
- Mense alio ad peregrinandum*

I N D E X.

- dum mittantur. ibidem.* *Qua scribet in libro. p.*
r.31. *221.r.3.*
In hoc 2.5. & 6. experi- *Rectori singulis mensibus*
mento, quale & cuius testi- *rationem reddet. ibidem,*
monium secum afferent. p. *r.4.*
128.r.32. *Arca pecuniarum, & ea-*
Quomodo consanguineos, *rum liber ibid.r.5.*
& amicos alloquantur. p. *Ex eâ acceptam pecuniam*
133.r.52. *notet. ibid.r.6.*
Sexto quoque mense, lit- *Notet etiam qua Novi-*
teras Apost. regulas, &c. con- *tij afferunt, cum Societa-*
siderent p.136.r.63. *tem ingrediuntur. ibidem.*
Et reddant rationem con- *r.7.*
scientia, & generaliter con- *Emptori pecunias dabit,*
siteantur, & cui. pag.137. *& ab eo quotidie rationem*
r.67. *exiget. p.222.r.8.*
Probatio tertia *Res bonas & quàm op-*
portunè emi curabit. ibid.
r.9.
Peragenda. p.48. r.68. *Res illasæ conseruentur.*
Prou. *ibid r.10.*
Quomodo. p.135. r.58. *Reparanda & vendenda.*
Mag. Non. *ibid r.11.*
Procurator Collegij, & *Saculares negotiationes*
Domus Probationis. *fugiat. ibid. r.12.*
In negotiis memor sit in- *Locariones, & similia in-*
stituti. p.220.r.1. *scio Superiore non faciet.*
Quos beneuolos conserua- *ibid. r.13.*
bit ibid. *Quid circa lites. p. 223.*
Res temporales conseruet. *r.14. & 16.*
ibid. r.2. *Publica iudicia & tribu-*
Prouentus recipiat. ibi- *nalia fugiat ibid. r.15.*
dem. *Solidè negotia expediat.*
ibid. r.17. *Ea cum Superiore conse-*
V 2 *rat.*

I N D E X.

- rat. ibid. r. 18.*
Qua in Archivio asser-
uabit. p. 224. r. 19.
Qua etiam separatim.
ibid. r. 20.
Librum habeat Instru-
mentorum ibid. r. 21.
Qua exempla authentica
Romam mitti curabit. ibid.
Cubiculum clavi observa-
tum, & scripta necessaria
apud se habeat ibid. r. 22.
Sibi iniuncta à Superiore
in libellum referat. p. 225.
r. 23.
Catalogum habeat Bene-
factorum. ibid. r. 24.

Procurator Domus
Professæ

In negotiis memor sit In-
stitutum. p. 216. r. 1. Proc. dom.
Quos benevolos conserva-
bit. ibid.
Elemosynas diligenter
quaret. ibid. r. 2.
Habeat Catalogum eo-
rum, qui elemosynas fa-
ciunt. ibid. r. 3.
Modus eas petendi. ibid.
r. 4.
Officij socium habeat. p.
217. r. 5.
Elemosynas quotidie scri-
- bat. ibid. r. 6.*
Eas non accipiat pro mi-
nisteriis Societatis. ibidem,
r. 7.
Arca & liber pecunia-
rum. ibid. r. 8.
Scribat pecuniam ex ar-
câ acceptam ibid. r. 9.
Qua etiam Novitij asse-
runt, cum Societatem ingre-
diuntur. p. 218. r. 10.
Superiori singulis mensi-
bus rationem reddet. ibid.
r. 11.
Qua in Archivio asser-
uabit. ibid. r. 12.
Qua etiam separatim. ibi.
r. 13.
Librum habeat instru-
mentorum. ibid. r. 14.
Qua exempla authenti-
ca Romam mitti curabit.
ibid.
Cubiculum clavi observa-
tum habeat. p. 219. r. 15.
Res bonas & opportuno
tempore emi curet. ibid. r. 16.
Emptori pecunias dabit,
& ab eo rationem quotidie
exiget. ibid. r. 17.
Res illa se conferuentur.
ibid. r. 18.
Procurator Generalis
In negotiis memor sit In-
stitutum Societatis. pag. 210.
r. 1.

I N D E X.

r.1. *Procur. Gener.*

Quos beneuolos conserua-
bit. *ibid.*

Negotia ad eum pertinen-
tia. *ibid.* r. 2.

Quibus superintendet.
ibid. r. 3.

Qua negotia non aget sine
approbatione Generalis. p.
211. r. 4.

Lites curet componere.
ibid. r. 5.

Solidè negotia expedian-
tur. *ibid.* r. 6.

De statu negotiorum Ge-
neralem, & eos, ad quos per-
tinent, admoneat. p. 212. r. 7.
& 8.

Libros habeat rationum.
ibid. 9.

Quando summam ratio-
num colliget. *ibid.*

In libro scribat beneficia
Collegiis unita. pag. 213.
r. 10.

Quid circa quindennia.
ibid.

Curet solui pecunias suo
tempore. *ibid.* r. 11.

Quid aget circa pecuniam
ad negotia missam. *ibidem*,
r. 12.

Quid circa Bullas, bre-
uia, supplicationes. p. 214.
r. 13. & 14.

Summam negotiorum in
librum referat. *ibid.* r. 15. &
exempla etiam litterarum
quas scribet. *ibid.* r. 16.

Qua emet, quaq; ad Pro-
uincias mittet. p. 215 r. 17.

Quid circa confirmatio-
nem priuilegiorum curabit.
ibid. r. 18.

In quibus subditus erit
Reſtori Collegij. *ibid.* r. 19.

Professi

Non possunt uti redditibus
Collegiorum, nisi in mini-
mis. p. 87. r. 65. Prap. & p.
106. r. 61. Rect.

In Domibus Professis
commoventur. p. 50. r. 74.
Prou.

Professores

Litterarum. Vide. p. 43.
r. 47. Prou.

Philosophia. pag. 45. r. 53.
Prou.

Proficisci.

Nil cum quis proficisci-
tur asportandum. p. 27.
r. 25. comm.

I N D E X.

Quâ facultate proficiendum. p. 59. r. 105. Prou.

Seueritatem cum mansuetudine suo tempore miscat. Se amabilem reddat. p. 33 r. 4.

Promouendi.

Vide p. 83. r. 45. *Præp. &* p. 47. r. 62. *&* p. 49. r. 69. *&* 70. Prou.

Ob sollicitam gubernationem, non intepescat in studio orationis. *ibid* r. 5.

Propensio.

Vide Animus.

Societatis ministeria quando exercere possit. *ibid.*

Regulas non abroget, nec nouas inducat in scio Generali. *ibid* r. 6.

Proprietas

Bonorum quibus permittitur usus ad propriam utilitatem non conceditur. p. 54. r. 90. Prou.

Cum in Regulis dispensauerit, Generalem admoncat. *ibid.* r. 7.

Nullâ re tamquam propria utendum. p. 14. r. 24. *sum.*

Prouincialis facultates. p. 34. r. 8. *&* 9.

Aliorum Superiorum facultates ab eo suspendi possunt. *ibid.* r. 9.

Quando Viceprouincialem nominare possit. *ibid.* r. 10.

Prouincialis.

Ab eo diligentius seruanda, qua in Superiorum Regulis præscribuntur. p. 32. r. 1. Prou.

Quot & ubi consultores habeat. p. 36. r. 11.

Quos alios ad Consultationes adhibere poterit. *ibid.* r. 12.

Finis eius officij. *ibidem.* r. 2.

Quas litteras & ordinationes Consultoribus & Superioribus ostendet, quasq; in libro scribi curabit. *ibid.*

r. 13. *&* p. 36. r. 14.

Christum imitetur, & exemplo magis quam verbo subditos promoueat. *ibid.* r. 3.

In re consultanda se in differente ostendat. p. 36. r. 15.

In

I N D E X.

In re Consultoribus non proponendâ quomodo deliberabit. *ibid.* r. 16.

Admonitorem benignè audiatur, & se admonere libenter patiatur. *ibid.* r. 17.

Decreta, & Regulas, &c. & ordinationes missas à Generali, & litteras Apostolicas authenticas secum habeat, & intelligat, &c. *ibid.* r. 18.

Vbi Archiuum habendum, quid in eo asseruandum, & quomodo successori tradendum. *ibid.* r. 19.

In libellum res agendas referat, ne memoria excidant. p. 37. r. 20.

Missas & orationes in Prouincia indicere potest. *ibid.* r. 21.

Superiorum mutationem potest facere, & alium qui vicem gerat nominare, dum Generalem admoneat, & quos officiales designare possit. *ibid.* r. 22. 23. & p. 38. r. 24. & 25.

Quomodo Confessarios, & Prædicatores constituet. *ibid.* r. 26.

Quos Lectores, & officiales in omnibus classibus, & Vniuersitatibus deliget. *ibid.*

Nullas scholas aperiat sine facultate Generalis. *ibid.* r. 27.

Auctoritatem Superiorum immediatorum quomodo tueri debeat. *ibidem.* r. 28.

Experimentum sumat de idoneis ad gubernandum. p. 39. r. 29.

Obseruet aptiores ad alia officia, dezentos in aliis. *ibid.* r. 30.

Nullum ab obedientiâ Superiorum immediatorum eximat, nisi, &c. *ibidem.* r. 31.

Quos, & quomodo ad Societatem admittet. *ibid.* r. 32.

Attendat ne nostri sine nimij in hominibus ad Societatem alliciendis. p. 40. r. 33.

Obseruare faciat regulas examinatorum de admitendis. *ibid.* r. 34.

Quid ager circa quinque prima impedimenta admitendorum. *ibid.* r. 35.

Quomodo in aliis dispensabit. *ibid.* r. 36.

Experimenta Nouitiorum antepone, & permutare potest, & tempus probationis

I N D E X.

- tionis prorogare. *ibidem*, r. 37. Ineptos, à studiis remoueat. *ibid.*
- Quomodo in secundo anno Nouitiatus possit dispensare circa studium, quidq; dispensati agere debeant. *ibid.* r. 38. Curet ut Nostri ante scientias bene teneant linguam Latinam; & eorum qui eam profitentur curam habeat, Seminaria instituat, & conseruabit. *ibid.* r. 50.
- Coadiutores temporales quot admittet. p. 41. r. 39. Aliarum linguarum studium commendatum habeat; Hebraeæ usum quibus concedet. *ibid.* r. 51.
- Nouitios dimittere, & quomodo potest. *ibid.* r. 40. & p. 42. r. 41. Quales ad repetenda studia designabit. p. 45. r. 52.
- Alios, non nisi in aliquibus casibus. p. 42. r. 41. Quomodo Nostros Philosophiam explicare, quosq; eos Auctores legere curabit. *ibid.* r. 53.
- Eius erit iudicare de causis sufficientibus ad dimissionem, & quomodo. *ibidem*, r. 42. Nouas opiniones prohibeat, & studiorum rationem obseruari faciat. *ibidem*, r. 54.
- Formatos, & Professos nullo modo dimittet. *ibid.* r. 43. Propensos ad aliquam facultatem in ea diutius versari curet. p. 46. r. 55.
- Quid obseruabit circa modum dimittendi. p. 43. r. 44. In facultatibus non proficientes ad conscientia casus applicet. *ibidem*, r. 56.
- Semelegressos, iterum admissos, probari curet. *ibid.* r. 46. In singulis Domibus & Collegiis constituat, qui casuum conscientia difficultatibus satisfaciat. *ibid.* r. 57.
- Litterarum Professores idoneos, & eruditos constituat. *ibid.* r. 47. Assignet unicuique quid addiscere debeat. *ibid.* r. 49. Comœdias, & Tragedias

I N D E X.

diar Latinas non nisi rarissimas & extra ecclesiam per-
mittet. ibid r. 58.

Generalem de singulorum
talentis admoneat. ibidem,
r. 59.

Non permittat unius lin-
gua in alteram libros trans-
ferrī : nec de nouo imprimi
sine Generalis facultate.
ibid. r. 60.

Quos ad ordines præsente
tare potest. p. 47. r. 61.

In artibus exercitatos
non promoueat ad gradus
sine Generalis facultate.
ibid. r. 62.

Si cum promouendis in
aliquo dispensauerit, admo-
neat Generalem. ibidem,
r. 63.

Curet ne nostri nomine
Doctoris, vel Magistri, ra-
tione gradus viantur. ibid.
r. 64.

Quos possit ad vota sim-
plicia admittere. pag. 48.
r. 65.

Quomodo absoluto bien-
nio ea emitti curet. ibi. r. 66.

Potest applicare indiffe-
rentes ad gradum. ibid. r. 67.

Curet ut quisque, absolu-
tis studiis, tertium probatio-
nis annum peragat. ibi. r. 68.

Quando Generalem de
promouendis ad gradum ad-
monebit. p. 49. r. 69.

Qua seruanda curabit
antequam admittat ad gra-
du. ibid r. 70.

Qua vota simplicia post
professionem emitti curabit,
& ut per 40. dies doctrina
Christiana doceatur. ibid.
r. 71.

In librum referat qui vo-
ta emittunt. p. 50. r. 72.

Mittat Professorum vota
ad Generalem. ibid. r. 73.

Professos, &c. in Professis
Domibus commorari curet.
ibid. r. 74.

Quid circa adificia cura-
bit. ibid. r. 75.

Quid illi agendum circa
reditus, & bona stabilia, et-
iam data Domibus Profes-
sis. ibid. r. 76.

Quid etiam circa lites.
p. 51. r. 77.

Exempla authentica con-
tractuum maioris momen-
ti Romam mittat. ibid. r. 78.

Quid faciet circa compu-
ta dati & accepti Collegio-
rum. p. 52. r. 79.

Visitet bona stabilia. ibid.
r. 80.

Quid faciet cum fundatio-

I N D E X.

- nes offeruntur. *ibid.* r. 81.
- Æs alienum loca no-
stra conflare non sinat, nec in
iis plures habitare quàm
ali possint. *ibid.* r. 82.
- Statuat contributiones ad
sumptus communes. p. 53.
r. 83.
- Quid obseruandum cura-
bit circa vestitum. *ibidem*,
r. 84.
- Res domesticas inspiciat,
& mobilium Inuentarium
conferri faciat. *ibidem*,
r. 85.
- Quos permittet abdicare
se possessione honorum. *ibid.*
r. 86.
- Nostros non permittat pa-
tiones cum parentibus inire:
& quando hac facient. p. 54.
r. 87.
- De dispositione honorum
à nostris faciendâ admonerat
Generalem. *ibid.* r. 88.
- Quid curabit cum bona
applicentur Societati. *ibid.*
r. 89.
- Non ferat nostros petere
à parentibus, &c. *ibid.*
r. 90.
- Quomodo se geret erga
Generalem p. 55. r. 91.
- Curet ut omnes de Super-
rioribus bene sentiant. *ibid.*
- Omnia sua Prouincia
Generali manifestari curet.
ibid. r. 92.
- Qua in Congregationi-
bus Prouincialibus digna
notabit Procuratori, tertio
quoque anno ad Generalem
venturo tradat. *ibidem*,
r. 93.
- Alias Prouincias datâ
occasione iuuet. *ibidem*,
r. 94.
- Beneuolos nobis confer-
uet: qui aduersantur curet
ut reconcilientur. pag. 56.
r. 95.
- Superioribus præscribat
elemosynas dandas. *ibid.*
r. 96.
- Intelligat qui ex nostris
se communicare externis de-
beant. *ibid.* r. 97.
- Concionandi, & doctri-
na Christiana docenda mo-
dum obseruet; & quando à
concionandi munere amoue-
bit p. 57. r. 98.
- Curet ut sint Confessa-
rij, & Concionatores in Col-
legiis: statuat quâ frequen-
ter concionandum. Ad iu-
uandos qui peste laborant,
aliquos mittat. *ibid.* r. 99.
- Curet ut Confessarij ma-
turioris sint ætatis, & priui-
legiis

I N D E X.

legiis moderatè utantur.
ibid. r. 100.

Quid curabit cùm Dominus Professorum, & Collegium simul fuerint. ibid. r. 101.

Curet ut ornatus in nostris festis moderatus sit, &c. p. 58 r. 102.

Quomodo agendum cum Congregationibus externorum, qua confraternitates appellantur. ibid. r. 103.

Iudicium de admittendis externis ad ordines, &c. curet ut Prælati relinquantur. ibid. r. 104.

Quâ facultate nostri aliò proficiantur. p. 59. r. 105.

Qua obseruabit circa missiones ibid. r. 106.

Instrui curet qui aliò mittuntur. ibid. r. 107.

Eos etiam litteris, & orationibus iurabit. ibid. r. 108.

Optimos & maturiores mittat, & si ei videbitur, subiiciat alicui Superiori viciniore. p. 60. r. 109.

Quomodo eos reuocabit. ibid. r. 110.

De inutiliter in missionibus occupatis Generalem admoneat. ibid. r. 111.

Quid faciet in Missionibus, & transmutationibus extra Prouinciam. ibidem. r. 112.

Cognitâ morte Generalis, non mittat extra Prouinciam qui ius suffragij habent. ibid. r. 113.

Quid faciet cùm ei peregrè proficiendum est. p. 61. r. 114.

Curet ut nostri pedestri itinere utantur. ibidem. r. 115.

Itinerum expensa à quo soluenda. ibid. r. 116.

Informet Superiorem de eo, qui ad eum mittitur: nullumq; sine litteris patentibus ire permittat. ibidem. r. 117.

Singulis annis, singula Prouincia loca uisitet, &c. p. 62. r. 118.

Vel alium ad hoc sibi substituat. ibid. r. 119.

Quid faciet cùm ad locum uisitandum peruenerit. ibid. r. 120.

Templi uisitatio. ibidem. r. 121.

Personarum. pag. 63. r. 122.

Informationem de statu Collegij à quibus, & quomodo

I N D E X.

modo petet. *ibid.* r. 123.

Quomodo à Superioribus. *ibid.* r. 124.

Singulos seorsim vocabit, & interrogabit. *ibidem.* r. 125.

Hortetur ad veritatem sincere dicendam. pag. 64. r. 126.

Admoneat ut seruent secretum. *ibid.*

Non facile credat, qua contra alios dicuntur. Caueat ne subditos minus obedientes reddat. *ibid.* r. 127.

Regula officialium cum illis examinabit. *ibid.* r. 129.

Quas alias etiam Regulas, & cum quibus. pag. 65. r. 130.

Conscientia rationem à quibus, & quando exiget. *ibid.* r. 131.

Quando renouationem vororum pramittere, aut differre possit. *ibid.*

Superior postremus omnium visitandus. pag. 66. r. 132.

Consideranda post visitationem. *ibid.* 133.

Quae pertinent ad gubernationem, quibus expendenda tradet, Deoq; commenda-ri faciat. *ibid.* r. 134.

Executioni mandata, ex praterita visitationis memoriali expungat. p. 67. r. 135.

A Generali approbata, sua manu subscribat in libro. *ibid.*

Pertinentia ad gubernationem, quae & à quibus petet. *ibid.*

Quae etiam ab omnibus peti possunt. p. 69. r. 16.

Quae à scholasticis. p. 70. r. 25.

Quae ab iis, qui in Probatione versantur. p. 71. r. 30.

Modus accipiendi rationem conscientiae. *ibid.*

Proximus

Quomodo à quoque nostrum ad bona opera promovendus p. 30. r. 42. com.

Immoderatus labor, & multò magis negligentia in eo adiuvando fugiatur. p. 81. r. 38. Præp.

Recreatio.

Eius tempus, & locus. p. 85. r. 56. Præp. & pag. 102. r. 40. & p. 105. r. 55. Rect.

Re-

I N D E X.

- Consultoribus agat. *ibid.*
r.14.
- Rector
- Qualis esse debeat. p.92. *benignè audiat. ibid.* r.15.
- r.1. Rect. *Qua & quomodo in libro*
Oratione Collegium su- *scribi faciet. p.96. r.16.*
- stineat. *ibid.* *Quà lectione institutum*
Particularia in cibo, &c. *Societatis agnoscat. ibi. r.17.*
euitet, & familiaritatem. *In libellum referat, qua*
ad bonum Collegij, ei occurrunt. ibid. r.18.
Obedientiam seruari faci-
at, & in eâ praire curet.
p.97. r.20.
- Doctrinam Christianam *Constitutionum obser-*
per 40. dies primâ vice do- *uantia, & vigilantia eius*
ceat. p.93. r.3. *circa domesticos. ibid. r.21.*
Subditos crebrò, & cum
caritate alloquatur. p.98.
r.25.
- Consuetudines approba- *Eos in tentationibus iu-*
tas seruet: nouas non indu- *uet. ibid. r.25.*
cat. *ibid. r.4.* *Ratio habenda in corre-*
ctionibus, & in iniungendis
pœnitentiis. ibid. r.26.
- Ministeria domestica di- *Quem modum seruabit*
stribuat. *ibid. r.5.* *in correctionibus. ibid. r.27.*
Aliquos eligere potest, qui
pœnitentias approbent. p.90.
r.30.
- Confessarium Collegij or- *Mensura tamen in illis*
dinarium non constituat. *concedendis non excedatur.*
ibid. r.7. *ibid. r.31.*
- In virtute obedientiæ *Vnionem in Nostris curet.*
rarò iubeat. p.94. r.8. *ibid. r.32.*
- Ordinarias tantùm pœ- *Intelligat quas habeat*
nitentias imponat. *ibid. r.9.* *facultates. p.95. r.12.*
- Cùm dispensauerit in *Sit sollicitus ne officiales*
rebus maioris momenti, Pro- *officio suo desint. ibid. r.13.*
uincialem admoneat. *ibid.*
r.10.
- Intelligat quas habeat *Singulis hebdomadis de*
facultates. p.95. r.12. *rebus maioris momenti cum*

Pro-

I N D E X.

- Prouincialem admoneat de iis, qui ad studia admit-
tendi sunt, vel ulterius pro-
mouendi. p. 101. r. 37.*
- Impedimenta studiorum
remoueat. ibid. r. 38.*
- Quando Praeceptorem in-
stituere possit. pag. 102.
r. 41.*
- De dispensatione in acti-
bus promouendorum ad gra-
dus litterarios, Prouin-
cialem admoneat. ibidem,
r. 42.*
- Sub finem studiorum cu-
iusque, quid de talentis, &c.
scriber ad Prouincialem.
ibid. r. 44.*
- A Procuratore rationem
dati & accepti, & quo pra-
sente exiger. p. 106. r. 57.*
- De expensis extraordina-
riis Prouincialem admo-
neat. p. 107. r. 63.*
- Non permittat nostros in
causis ciuilibus examinari.
ibid. r. 65.*
- Fundatoribus, & Bene-
factoribus gratitudinem ex-
hibeat. p. 110. r. 76.*
- Neminem in Societatem
admittat. ibid. r. 77.*
- Valde idoneum tamquam
hospitem potest interim Do-
mi recipere. ibid. r. 78.*
- Venientes sine licentiâ non
admittat. p. 111. r. 79.*
- Quomodo se habeat erga
nostros transeuntes, vel hos-
pites. ibid. r. 80.*
- De malè habentibus Pro-
uincialem admoneat. ibid.
r. 84.*
- Rector Vniuersitatis.*
- Vide Cancellarius.*
- Refectio corporis.*
- In eâ temperantia & mo-
destia seruanda; sua etiam
anima refectio prabenda.
p. 16. r. 30. sum.*
- Refectorium.*
- Vide Praefectus Refe-
ctorij.*
- Regulae*
- Communes, & particu-
lares intelligenda, & à qui-
bus, & quo tempore legenda.
p. 31. r. 49. comm.*
- Dispensatio in illis. p. 33.
r. 7. Prou. & p. 74. r. II. Prep.
& p. 94. r. 10. Rect.*
- Diligenter obseruentur.
p. 77.*

I N D E X.

- p. 77. r. 22. *Præp.* & p. 97. r. 21. *Reft.* *Quando confitebuntur.*
ibid. r. 3.
- Non abrogentur, &c. nec noua inducantur.* p. 33. r. 6. *Carimonia, & alia in*
Prou. *Missâ seruanda.* *ibid.* r. 4.
- Reliquiæ.* *Admoniti ad Sacrum faciendum statim eant.* *ibid.*
 r. 5.
- Vide p. 177. r. 18. Præf. eccles.* *Doctrinam Christianam promoueant.* p. 192. r. 6.
- Reprehendere* *Exercitiorum spirituum usum valde familiaritatem habeant.* *ibid.* r. 7.
- Alios non licet, nec illis quidquam iubere.* p. 28. r. 31. *comm.* *Ad suum munus Confessarij multum affici studeant.* *ibid.* r. 8.
- Res* *Confessiones nisi deputati non audiant.* *ibid.* r. 9.
- Non usurpanda, nec ab aliis accipienda sine licentiâ.* p. 25. r. 9. *comm.* *Quomodo Sacramenta administrabunt.* *ibidem,*
 r. 10.
- Domestica externis non referenda.* p. 29. r. 38. *comm.* *In casibus se diligenter exerceant, & contra peccata remedia comparent.* p. 193. r. 11.
- Sacerdotes* *Confessarij mutuo charitatis, & uniformis doctrine vinculo colligati videantur.*
ibid. r. 12.
- Officia domestica aliquando obire possunt.* p. 80. r. 34. *Præp.* & p. 100. r. 33. *Reft.* *Ad audiendas Confessiones vocati statim se conferant.* *ibid.* r. 13.
- Disciplina religiosa illis præcipuè commendata.* p. 191. r. 1. *Sacerd.* *Eas dum concio fit nemo audiat.* *ibid.* r. 14.
- Officium diuinum recipiendum.* *ibid.* r. 2. *Mutuum aspectum fugiant. Quâ corporis habitu dine*

I N D E X.

dine Confessiones audienda.
ibid. r. 15.

Non se familiares in audiendis feminis exhibeant.
p. 194. r. 16.

Eas breuiter expediant, & quomodo eas extra confessionem alloquantur. ibid. r. 17.

Quando ad earum domos nostri mittuntur, quid Socius, quid Sacerdos curabit. ibid. r. 18.

Nullius curam quis suscipiat, nec obedientiam admittat. ibid. r. 19.

Quomodo se geret Confessarius, cum poenitens alium adire petierit. ibid. r. 20.

Quantum temporis in audiendis Confessionibus impendent p. 195. r. 21.

Nil quod in pauperes quis distribuatur, vel alicui restituat, ab aliis petat. ibid. r. 22.

Neminem ad emittenda vota inducant. ibid. r. 23.

Propensos ad Religionem, ad aliquod particulare Monasterium non inuitent. ibi. r. 24.

Nec ad aliquod vestimenti genus. p. 196. r. 25.

Communio secularibus, quam crebro permittenda. ibid. r. 26.

Poenitentes admoneant quando in Parochiis communicare debent. ibid. r. 27.

Quomodo moribundos iuuant. ibid. r. 28.

Conficiendis testamentis non assistant. ibid.

Quando vocandi ad Templum. p. 242. r. 14. Aeditui.

Sacramenta

Frequentantes in nostro Templo, si sint male adificationis, admonendi. p. 83. r. 46. Prap.

Quomodo administranda. p. 192. r. 10. Sacerd.

Sacrum

Quotidie audiendum.

p. 24. r. 2. comm. & p. 84. r. 49. Prap. & p. 103. r. 45. Rect.

Vide Praef. eccl.

Schola

Nulla aperienda sine facultate Generalis. p. 38. r. 27. Pron.

Res ad Scholas pertinentes bene procedant. p. 44. r. 48. Pron.

Scho-

I N D E X.

Scholastici

Non nisi octavo quoque die, & in festis solemnioribus communicabunt. p. 100. r. 34. Rect.

Aliquod tempus corporali exercitationi tribuant. p. 104. r. 49. Rect.

Eorum examen absoluto biennio. p. 140. r. 80. Mag. Nou.

Eorum examen studiis absolutis. p. 142. r. 85.

Eorum Regula in Refectorio bis aut ter singulis annis legantur. p. 102. r. 43. Rect.

Rectam in studiis habeant intentionem. p. 232. reg. 1.

Studiis se diligenter impendant. ibid. r. 2.

Quibus facultatibus, & quomodo operam dabunt. p. 233. r. 3. 4. 5. & p. 234. reg. 11. 12.

Quomodo in disputationibus & repetitionibus se gerent. p. 233. r. 6. 7.

Ad scholas eant associati, & cum modestiâ. ibidem, r. 8.

Eorum colloquia cum externis scholasticis qualia erunt. ibid. r. 9.

Latinè loquantur, & memoriam ac stylum exercent. p. 234. r. 10.

Libris utantur quos Magister tradiderit. ibidem, r. 11.

Magistrum convenire quando possint. ibid. r. 13.

Scribere.

Scribendi necessitas. p. 159. r. 1. Form. scrib.

Ad Prouincialem quando Superiores scribere debeant. ibid. r. 2.

Et de quibus. ibid. r. 3.

De obitu nostrorum, & suffragiis scribendum. p. 160. r. 4.

De successu missionum. ibid. r. 5.

Prouincialis quando & ad quos. ibid. r. 6. 7. & 8.

Superiores quando & quid ad Generalem. ibid. r. 7. 8. & p. 161. r. 9 & 10.

Prouinciales ad Generalem, quomodo scribent. p. 161. r. 11.

Generalis quando ad Superiores. ibid. r. 12.

Nostrum non impediatur scribere ad mediatos Superiores, neque ipsorum littera aperiantur. p. 162. r. 13.

Littera qua negotia continent,

X

I N D E X.

- tinent, & qua operâ Procuratoris Generalis indigent, adiectâ exteriori litterâ P, ad Generalem mittantur. *ibid.* r.14. & 15.
- Negotia, ex Indiâ, & Brasiliâ, quomodo scribentur. *ibid.* r.16.
- Si quid secreti, quomodo adiecto exteriori, Soli, scribendum. *ibid.* r.17.
- Et quibus vocabulis. p. 163. r.18.
- Quando ad Superiorem ex commissione scribi potest. *ibid.* r.19.
- Consultores quando ad Superiores. *ibid.* r.20.
- Quomodo scribent. *ibid.* r.21.
- Quando, quid, & ad quos Rector Vniuersitatis, & Cancellarius. *ibid.* r.22.
- Quae visitationes & ordinationes à Superiore in libro scribenda. p.164. r.24.
- De rebus externorum quomodo scribendum. *ibid.* r.25.
- Res ædificationis quando scribenda ad Prouincialem, & Generalem, ut vna Annua littera Roma conficiantur: & ordo in eis scribendis. *ibid.* r.26. pag.165. r.27.
- p.166. r.28. & p.168. r.30.
- De catalogis & inscriptionibus annuis conscribendis, vide Catalogi. Sæculum.
- Eius inordinatus affectus exuendus. p.9. r.8. sum.
- Sæcularia negotia, & officia fugienda. p.21. r.45. sum.
- Sæcularia non sine fructu narranda. p.29. r.37. com.
- Sensus
- Custodiendi. p.15. r.29. sũ.
- Silentium.
- In eo pax, & humilitas interna exhibenda. p.15. r.29. sum.
- Quomodo obseruandum. p.27. r.26. com.
- Nouitiorum. p.140. r.79.
- Mag. Nou.
- Societas Iesu.
- Eius finis, & ratio viuendi. p.8. r.2. 3. & 4. sum.
- Pro eius ministeriis nullum stipendium. p.15. r.27. sum. & p.176. r.14.
- Præf. eccl. & p.217. r.7. Proc. Dominus prof. & p.243. r.19.
- Æditui.
- Spiritualia.
- In iis suum tempus expendendum. p.14. r.21. sum.
- & p.24. r.1. comm.

In

I N D E X.

In iis à demonis illusionibus cauendum. p.14. r.22. sum.

Studia.

Impedimenta ad illa amoneantur. p.101. r.38. Rect.

Eorum ratio circa opinionum diuersitatem obseruetur. ibid. r.39.

In iis non proficientes. ibid. p.102.

In eis dispensare. p.40. r.38. Prou.

Inepti ad ea, remouendi. p.44. r.49.

Eorum repetitores, quales. p.45. r.52.

Subminister

Est instrumentum Superiorum. p.235. r.1. Subm.

Nil ordinat, sed exequi facit. ibid. r.2.

Curet, ut res domestica suo tempore paratae sint. ibid. r.3.

Curet ne nostri intempestiue colloquantur. ibid. r.4.

Quibus, & quando de rebus omnibus referet. ibid. r.5.

Poenitentias non iniungat, iniunctas tamen denuntiare potest. ibid. r.6.

Est Superior non Sacerdotum. p.236. r.7.

Superbia.

Illius nullum signum dandum. p.15. r.29. sum.

Superior

Loco Christi agnoscendus, & internâ reuerentiâ prosequendus. p.16. r.31. sum.

Ab omnibus sui, suarumq; rerum, illis dispositio relinquenda. p.17. r.32. sum.

Nihil ei clausum, nec conscientia quidem, tenendum. ibid.

Adeius vocem, & campana signum littera inchoata relinquenda. p.18. r.34. sum. & p.26. r.15. com.

Qua ab eo agenda sunt, non exquirenda, nec de aliis loquendum. ibid. r.21. com.

Humiliter, & sine interpellatione audiendus. p.27. r.22. com.

Admonendus occurrente in aliquâ re commissâ impedimento. ibid. r.24. com.

Ab eo re denegatâ, quid cum alio Superiore agendum. ibid. r.23. com.

A quo constituendus. p.37. r.22. Prou.

Superiorum facultates à Prouinciali suspendi possunt.

p.34. r.9. Prou.

Eorum auctoritas tuenda.

I N D E X.

- da. p. 38. r. 28. eiusdem.*
 Syndicus.
Sit aliquis, qui obseruet res domesticas. p. 84. r. 51. Prep. & p. 103. r. 48. Rect.
Alij in Scholis singulis. ibid. p. 104.
 Tangere.
Nullus neque ioco tangendus p. 29 r. 34. com.
 Templum.
Eius ornatus in festis moderatus. pag. 58. r. 102. Prou.
Eius visitatio. p. 62. r. 121. eiusdem.
 Tentatio.
Anteuertenda tentationes adhibitis contrariis. p. 12. r. 14. sum.
Rationes ad illas superandas scienda. p. 14. r. 22. sum.
Nulla celanda. p. 20. r. 41. sum.
Cognita in aliquo, Superiori referenda. p. 26. r. 20. comm.
 Testamenta.
Eis consciendis nostri non assistant. p. 196. r. 28. Sacerd.
 Tintinnabulum
Non crebrius pulsandum
- dum quis egreditur. p. 31. r. 45. com.*
 Toni
Die Dominicâ fient. p. 105 r 56. Rect.
Ad illos Coadiutores, & indifferentes non conueniant. p. 135. r. 60. Mag. Non.
Quando non fient. p. 136. r. 61.
 Valetudo.
Eius moderata cura. p. 22. r. 46. sum.
 Vestes
Coadiutorum breuiores. p. 251. r. 6. Cust. vest.
 Vide Custos vestium.
 Vestitus.
In eo, & victu, humilitatis & adificationis ratio habeatur. p. 86. r. 61. Prep. & pag. 106. r. 58. Rect.
Vide p. 53. r. 84. Prou.
 Virtus.
In virtutum solidarum & perfectionis studium incumbendum. p. 12. r. 15. & 16. sum. & p. 14. r. 22. sum.
Virtutes aperienda. p. 20. r. 41. sum.

Vifi-

I N D E X.

- | | |
|---|--|
| <p>Visitans cubicula noctu
 <i>Ad nocturnum conscientia examen signum dabit.</i> p.259. r.1.
 <i>Postea cubicula visitabit.</i> ibid. r.2.
 Visitationes
 <i>Primariorum virorum quando permittenda.</i> p.89. r.74. Prap. & p.109. r.72. Rect.
 Vota
 <i>Renouanda sexto quoque mense.</i> p.24. r.4. com. & p.78. r.24. Prap. & p.97. r.23 Rect.
 <i>Qui ea emiserint in libro notentur.</i> p.75. r.12. Prap. & p.94. r.11. Rect. & p.50. r.72. Prou.
 <i>Quo voto nostri obligen-</i></p> | <p><i>tur ad indifferentiam ad gradus.</i> p.122. r.15. Mag. Nou.
 <i>Nouitiorum ante & post biennium.</i> p.133. r.55. & p.134. r.57.
 <i>Ad simplicia post biennium admittere.</i> p.48. r.65. & r.66. Prou.
 <i>Simplicia post professionem.</i> p.49. r.71.
 <i>Professorum ad Generalem mittenda.</i> p.50. r.73.
 <i>Quomodo vota simplicia emittentes, subscribere debeant in libro.</i> p.134. r.57. Mag. Nou.
 Vnio.
 <i>Vnio nostrorum procuranda.</i> p.80. r.33. Prap. & p.99. r.32. Rect.</p> |
|---|--|

F I N I S.


inv. 2036

EXERCITIA

ARTIVALE

IGNATI

LOO



Provincia Italiana
Fondo librario antico
Gallarate
Compagnia di Gesù

*
593-594
595